 eorum. **N**on ait populum israhel sed  
 populum suum. hoc est in unitate  
 fidei ex preputio et circumcisio  
 ne uocatum. quibus ex diuersa  
 parte congregatis fieret unum  
 ouile et unus pastor.

**H**ic erit magnus et filius al  
 tissimi uocabitur. et dabit  
 illi dominus deus sedem dauid patris eius.  
**D**ictum est et de iohanne. quia  
 erit magnus. sed ille quasi homo  
 magnus. hic quasi deus magnus.  
**I**lle enim magnus coeternum domino.  
 hic autem erit magnus inquit. et  
 filius altissimi uocabitur. **I**dem  
 ergo filius altissimi qui in utero  
 uirginali conceptus et natus est.  
 idem homo in tempore creatus  
 ex matre. qui deus est ante tem  
 pora natus ex patre. **S**i autem  
 idem homo est qui deus est. **O**mit  
 tat nestorius hominem tantum

dicere ex uirgine natum. et  
hunc uerbo dei non in unitate  
persone. sed in societate inse-  
parabilem esse receptum. Ali-  
oquin non unum xpm uerū  
dñi et hominem. sed duos qđ  
dici nefas est asserere. ac p hoc  
non trinitatem sed quaternita-  
tem p̄dicare conuincitur. Ca-  
tholica autem fides sicut unū  
quemlibet hominem carnē  
et animam. ita hominē et  
uerbum unum xpm rectissi-  
me confitetur. iuxta quod  
angeli uerba significant. qđ  
dandam illi sedem dauid patris  
eius asseuerāt. Qui enim eun-  
dem ipsum patrem habere da-  
uid quē filium altissimi uoca-  
ri pronunciat. in duabus utiq;  
naturis unam xpi psonam de-  
monstrat. Accepit autem  
sedem dauid ut nimirum gē-  
tem cui dauid quondam et  
filii eius temporalis regni guber-  
nacula prebuerunt. ipse per-  
petuum uocaret ad regnum.  
quod eis patū ē ab origine mōdi.

**E**t regnabit  
in domo iacob in eternum.

regni eius non ut fr̄. Et  
saias ait. multiplicabitur  
impium. et pacis non erit  
nis. sup solum dauid et sup  
regnum eius. ut confirmet  
illud et corroboret in iusticia  
et iusticia. Non dixit in auo-  
sitione gl̄e gazarumq; tante  
um? non in uictoria gentium  
plurimarum. urbiumq; de bel-  
lacione supbar. sed in iudicio  
et iusticia. Hec enim regnum  
xpi et in singulis quibusq; fide-  
libus. et in uersa p̄ orbem  
multiplicatur pariter et con-  
firmatur ecclia. Domum nāq;  
iacob totam eccliam dicit. qđ  
uel de bona radice nata. uel  
cum oleaster esset. merito ta-  
men fidei in bonam est inserta  
oluam. Quam post triumphū  
passionis alloquens saluator a-  
it. qui timetis dñm laudate  
eum. uniuersum semen ia-  
cob magnificate eum. Non au-  
tem ideo futuri temporis uer-  
bis magnus extiturus ih̄c.  
filius altissimi uocandus? sc̄p-  
trum dauid accepturus. et in  
domo iacob regnaturus. as-

sent. quia iuxta quod heretici  
 sapunt atq; aueritate desipiunt  
 xpc ante ozariam non fuerit? s;  
 quia homo assumptus in dñm.  
 clarificatus est ea clantate quam  
 uerbum dei habuit priusquam  
 mundus esset apud patrem. hoc  
 est ut idem filii nomen eandē p  
 psonam homo cum dō plenus  
 gratia et ueritate sortiretur.

**R**epit auteo  
 maria ad angelum; Quomo  
 do fiet istud? qm̄ uirum non cog  
 nosco? Propositum sue mentis  
 reuerenter exposuit. uitam ui  
 delicet uirginalem seducere de  
 creuisse. Que quia prima femi  
 narum tante se uirtuti mancipa  
 re curauit. iure singulari pre  
 ceteris feminis beatitudine me  
 ruit excellere. Quomodo inqt  
 fiet istud? non ait unde hoc sei  
 am. sed quomodo fiet inquit  
 qm̄ uirum non cognosco? ordi  
 nem uidelicet obsequii cui sub  
 datur inquirens? non autē sig  
 num cui credat flagitans. Neq;  
 enim decebat electam genera  
 do deo uirginem dubiam diffi  
 dentia. sed prudentia cautā existe

re? quia nec facile poterat hom̄  
 nosse mysterium? quod in deo  
 manebat a seclis absconditum.

Quia ergo legerat. ecce uirgo in  
 utero habebit et pariet filium?  
 s; quomodo id fieri posset non  
 legerat. merito credula hus q̄  
 legerat. sciscitatur ab angelo  
 quod in ppha non inuenit.

**E**t respondens angelus dixit  
 ei Sp̄c sc̄s superueniet inte?  
 et uirtus altissimi obumbrabit  
 tibi. Non uirili inquit quod non  
 cognoscis semine? sed sp̄c sancti  
 quo impleris opere concipies.  
 Er̄t inte conceptio? libido non  
 erit. Concupiscentie non erit es  
 tus? ubi umbram faciet sp̄c sc̄s.  
 Verum in eo quod ait et uirt?  
 altissimi obumbabit tibi. potest  
 etiam incarnati saluatoris utraq;  
 natura designari. Umbra quip  
 pe alumine solet et corpore for  
 mari. et cui obumbratur. lu  
 mine quidem uel calore solis qn̄  
 tum sufficit reficitur? sed ipse  
 solis ardor ne ferri nequeat. in  
 terposito uel nubiculo leui. uel  
 quolibet alio corpore temperat.  
 Beata itaq; uirgo quia quasi pu

f

rus homo omnē plenitudinē  
diuinitatis corporaliter capere  
nequibat. uirtus eius ob  
umbravit. id est in corpore  
diuinitatis corpus in ea suscepit  
humanitatis. De quo pulchre p  
pha. ecce dñs inquit ascendet  
sup nubem leuē. et ingredietur  
egyp̄tum. Quod est dicere. ecce  
uerbum dei patri coeternum.  
lumenq; de lumine ante sc̄la na  
tum. carnem in fine sc̄loꝝ atq;  
animam nullo peccati ponde  
re grauatam suscipiet. et de  
utero uirginali tanquam sponsa  
de thalamo suo procedet in mun  
duos.

Deo q; et quod nascetur <sup>et te</sup> sanctus  
uocabitur filius dei. Ad distinctio  
nem nr̄e sc̄itatis. ih̄c singulariter  
sc̄s nasciturus asseritur. Nos quip  
pe et si sancti efficiamur. non tam  
nascimur. quia ip̄a nature cor  
ruptibilis conditione constri  
ngimur. ut merito cum propheta  
gementes singuli dicamus. ecce  
enim in iniquitatibus conceptus  
sum. et in delictis peperit me  
mater mea. Ille autem solus ue  
raciter sanctus est. qui ut ip̄a

conditionē nature exemptibilis  
uinceret. excommixtione argu  
nalis copule conceptus non ē.  
Sanctum inquit uocabitur fili  
dei. Quid hic dicis nestoriana. q  
beatam mariam dei negans esse  
genitricem. apertam uentris im  
pugnare ueritatē. ecce dñm dixit su  
per uenturum. dei filium nascitu  
rum. Quomodo ergo aut dei fi  
lius deus non ē. aut que dñm edi  
dit. quomodo <sup>θεοτοκος</sup> id est  
dei genitrix non esse potest.

Et ecce elisabeth cognata tua. et  
ipsa concepit filium in senecta  
sua. et hic mensis sextus est illi  
que uocatur sterilis. quia non  
erit impossibile apud dñm omne  
uerbum. Ne uirgo se parere posse  
diffidat. accipit exemplum sterilis  
annus parture. ut discat omnia  
dō possibilis. etiam que nature  
ordine uidentur esse contraria. Si  
quem uero mouet quomodo beate  
marie cognatam dicat elisabeth.  
cum hec de domo dauid illa de  
filiabus aaron origine dixerit.  
animaduertat pauos earum  
libers inuicem nuptum traditis.  
utriq; tribum potuisse cōiungere.

Cuius hanc expositio forte non sus-  
 sistens in temerarios insistenti.  
 quasi hoc contra interdictum le-  
 gi fieri nequiverit? legat exodu  
 ubi scriptum est. accepit autem  
 aaron uxorem elisabeth filiam a-  
 minadab sororem naason. que  
 peperit ei nadab et abiuith eleazar.  
 et ithamar. uideatq; ante edic-  
 tum legis supra puisione. sa-  
 cerdotalem regali uinctam iam  
 fuisse progeniem. ut uidelicet do-  
 minus ihc xpc qui sedm carnem  
 uerus rex et sacerdos erat futurus.  
 ipam quoq; carnem de utraq; da-  
 uid scilicet et aaron stirpe susci-  
 peret. Unde et in hac utraq; tribu  
 chryslina per legem mysticvm ce-  
 lebratur. xpi mirum nominis  
 panter et generationis pnunciu.  
 Et ipe dauid domum dei ingre-  
 diens. panem scm et gladium  
 quasi rex et sacerdos accepit. illu  
 uidelicet de suo semine uenturu  
 pfigurans? qui et pro nostra li-  
 bertate regis iure pugnaret. et  
 pro nostra absolutione pane sue-  
 carius offerret.

**U**xit autem maria. Ecce ancil-  
 la domini? fiat michi sedm

uerbum tuum. Quanta cum de-  
 uotione humilitatis. que et  
 angeli pmissum optat impleri. et  
 se ipsam que mater eligitur an-  
 cillam nuncupat. apertissime  
 insinuans. quam nul sibi meriti ue-  
 dicet meo quod dñi iussis obsecun-  
 det. fiat inquit sine uiri semine  
 conceptus in uirgine? nascatur  
 de spū scō integra carne. Sanctu  
 quod nasceretur de homine matre  
 sine homine patre. uocetur dei  
 filius.

**E**t discessit angelus ab ea. Exur-  
 gens autem maria in diebus illis.  
 abiit in montana cum festinatione  
 in ciuitatem iude. Accepto uirgi-  
 nis consensu. mox angls celestia  
 repetit. illa petit montana. festi-  
 nat in uisere elisabeth. non quasi  
 incredula de oraculo. uel dubia de  
 exemplo? sed ut leta pro uoto. re-  
 ligiosa pro officio? typicum pari-  
 ter exemplum tribuens. quod  
 omnis anima que uerbum dei men-  
 te conceperit? uirtutum statim  
 celsa cacumina gressu concendat  
 amouit? quatinus ciuitatem iuda id  
 est confessionis et laudis arcem pe-  
 netrare. et usq; ad pfectione fidei

spei et caritatis. quasi tribus in  
ea mensibus ualeat commorari.

¶

**E**t intrauit. Gri.  
in domum zacharie? et salu-  
tauit elisabeth. **V**isce uirgo hu-  
militatem marie? utet corpore  
casta. et pectore possis esse de-  
uota. **V**isitat unice seniore? sa-  
lutat uirgo uxorem. **H**ecet eni  
ut quo castice uirgo eo sit humi-  
lice? et senioribus deferens ha-  
bitum castitatis? preconio co-  
mendet humilitatis. **A**lter ma-  
ria ad elisabeth. alter dñs ad  
iohannē? hec ut spū scō repleat?  
illius ut baptisma consecratur?  
maiorumq; humiliatio? mino-  
rum est utiq; exultatio. **D**eniq;  
sequitur.

¶

**E**t factum est ut audiuit salu-  
tationem marie elisabeth?  
exultauit infans in utero eius.  
et repleta est spū sancto elisabeth.  
**V**ide distinctionē. singulorq;  
uerborq; proprietates. **V**ocem prior  
elisabeth audiuit? sed iohannes  
priorē grām sensit. **I**ua nature or-  
dine audiuit? iste exultauit ra-  
tione mysterij. **I**ua marie? iste  
dñi sensit aduentum. **I**ste grāo

¶  
ā. ¶

loquuntur? illi ritus operant?  
pietatisq; mysterium matris  
adocuiuntur profectibus? dupli-  
miraculo. **P**phetant matres sibi  
paruulorū. **E**xultauit infans?  
et repleta mater est. **N**on prius  
mater repleta quam filius? sed  
cum filius esset repletus spū scō?  
repleuit et matrem.

**E**t exclamauit uoce magna  
dixit. benedicta tu inter muli-  
eres? et benedictus uentris tui.  
**N**otandum quod premissa de  
xpo prophetia. non rerum tan-  
tum miraculis? sed et uerborq; p-  
prietate completur. **I**ste est enim  
fructus qui dauid patriarche sub  
iure iurando pmititur? de fruc-  
tu uentris tui. ponam super  
sedem tuam. **S**imulq; intuen-  
dum. quod eadem uoce maria  
ab elisabeth. qua? gabrihele be-  
nedicitur? quatinus et angelis?  
hominibus ueneranda? et cunc-  
tis merito feminis pferenda  
monstretur.

**E**t tunc hoc michi? ut ueniat  
mater dñi mei ad me? **N**on  
quasi nescia pquirat quod nimi-  
rum sancti spū esse cognoscat?

...elucet matre dñi ad pig  
...fectum salutari: s;  
...diti nouitate pculsa. non  
...sui meriti. sed numeris fa  
...em esse diuini.

**E**cce enim ut facta est uox sa  
...tionis tue in auribus me  
...ultrauit in gaudio infans  
...utero meo. Erubescit elisa  
...omni parentis. et quandiu  
...nesciebat mysterium religionis.  
...que occultabat se qua conce  
...perat filium? iactare se cepit q  
...generabat ppham. et que ante e  
...rubescerebat. benedicit. et que du  
...bitabat ante. firmatur. Ecce eni  
...inquit ut uox salutationis tue  
...facta est in auribus meis. et exulta  
...uit in gaudio infans in utero me  
...o. itaq; magna uoce clamauit u  
...dñi sensit aduentum. quia religio  
...sum credidit partum. Nulla eni  
...causa erat pudoris. ubi pphie ce  
...tus. date non affectate fidem  
...generationis aspicere.

**E**t beata que credidit. qm p  
...ficientur ea que dicta sunt ei  
...a dño. Vides non dubitasse oia  
...nam sed credidisse. et ideo fructu  
...fidei consecutam. Beata inquit

.A.

.A.

que credidit. Et uere beata. que  
sacerdote pstantice. Cum sacerdo  
negasset. uirgo correxit errorem.  
Nec mirum si dñs redempturus  
mundum. operationem suam in  
choauit a matre. ut pquam salu  
omib; parabatur. eadem prima  
fructum salutis hauriret ex pig  
noe. Pariterq; notandum qua  
ta elisabeth animum gra ma  
ria intrante ditauit. quem si  
mul de pterito pnti atq; futu  
ro p prophetie spm illustrauit.  
Dices enim beata que credidisti.  
apte indicat. quia uerba angeli  
que dicta ad mariam fuerant p  
spm agnouit. atq; subiungens  
pficientur ea que dicta sunt tibi  
a dño. que etiam eam in futuro se  
querentur preuidit. Matrem ue  
ro dñi sui nominans. quia redem  
ptorem humani generis in utero  
portaret intelligit.

**E**t ait maria. magnificat a  
nima mea dñm. et exulta  
uit spe nris in dño salutari meo.  
Tanto inquit me dñs. tamq;  
inaudito munere sublimauit.  
qd nullo lingue officio ex  
plicari. sed ipso uix intimi pec

.M.

.S.

.R.

totus affectu ualeat comprehen-  
di. et ideo totas anime uires  
inagendis gratiarum laudibus offero. et  
totum incontemplanda magnitudi-  
ne eius cui non est finis. quicquid  
uiuo. sentio. discerno. gratulan-  
ter impendo. quia et eiusdem  
Iesu id est salutaris. spiritus meus eter-  
na diuinitate letatur. cuius me-  
a caro temporali conceptione fe-  
tatur. Cui simile est illud psal-  
miste. anima mea exultabit  
in domino. et delectabitur super  
salutare eius. Spiritum enim patrem fi-  
liumque pari uenerabatur amice.

**Q**uia respexit humilitatem  
ancille sue. ecce enim ex hoc  
beatam me dicent omnes generati-  
ones. Cuius humilitas respicitur. et  
recte beata ab omnibus cognomina-  
da gratulatur. sicut e contrario  
cuius superbia despecta conde-  
pnatur. eue id est ue siue calami-  
tatis nomine multata tabes-  
cit. Decebat enim ut sicut per su-  
perbiam prime nostre parentis mors  
in mundum intrauit. ita deuotio  
per humilitatem marie. uite intro-  
uit. **Q**uia fecit. **Q**uia panderet.  
michi magna qui potens est.

et semper agitur in eius. **N**on  
carminis respicit ubi dicitur  
magnificat anima mea etiam de-  
la quippe anima illa quam deus  
magnificare dignatur. dignus  
eum personis magnificare et ad  
consecutes eiusdem uoti. **P**ro-  
fita potest coherendo dicere. **M**ag-  
nificate dominum mecum. et exaltem  
nomen eius in uicem. **H**am quod  
dominum quem cognouit quantum  
in se est magnificare. et nomen  
eius sanctificare contempserit.  
minimus uocabitur in regno celo-  
rum. **S**emper autem nomen eius uo-  
catur. quia singularis culmine  
potentie transcendit omnem cre-  
aturam. atque ab uniuersis que fe-  
cit longe segregatur. **Q**uod greca  
locutione melius intelligitur. **I**-  
qua ipsum uerbum quod dicitur  
agyon. quasi extra terram esse  
significat. Cuius etiam nos muta-  
tione promodulo nostro segregari  
cipimus ab omnibus qui non sunt  
sani nec deo dedicati. dicente domino.  
sani estote quia et ego sanctus sum.  
**Q**ui cumque enim se consecrauerit.  
mentis extra terram et extra mun-  
dum uidebitur. **P**otest enim et



bulan  
 habem.  
 et p  
 amentibus eum. Aspeci  
 se domi ad generalia dei u  
 dicat conuenient. totius humani  
 generis statum descripsi. et qd  
 supbi quid humiles mereantur.  
 qd filii ade p liberum arbitrium.  
 quod filii dei sunt p gram alterius  
 uersibus explicat. Non ergo inqt  
 salimichi fecit magna qui potens  
 e. sed et omni gente et pgenie qui  
 met eum. et opatur iusticiam. ac  
 ceptus est illi.

fecit potentiam in brachio suo?  
 dispisit supbos mente cordis su  
 i. In brachio suo. in ipso dei filio  
 significat. non quod ds pater si  
 gura determinetur carnis huma  
 ne. etiq; filius tanquam membru  
 corporis hereat. s; quia omnia p  
 ipm facta sunt. ideo brachium  
 dñi dictum est. Sicut enim tuu  
 brachium p qd operaris. sic dei  
 brachium dictum est eius uerbum  
 quia p uerbum opatus est mundu.  
 Cur enim homo brachium ut a  
 liquid operet. extendit. nisi qa  
 non continuo fit quod dixerit.

stante tanta potestate pualeret.  
 ut sine ullo motu corporis sui qd  
 diceret fieret. brachium eius.  
 uerbum eius esset. Cum g audi  
 mus brachium dei patris esse dñi  
 filium. non nobis obstrepat co  
 suetudo carnalis. sed quantum  
 illo donante possumus dei uir  
 tute et sapientiam cogitemus.  
 p qm facta s omnia.

**Q**ueposuit potentes de sede.  
 et exaltauit humiles. Et sur  
 entes impleuit bonis. et diuites  
 dimisit inanes. Quod dixit in  
 brachio suo. et quod pmisit in  
 pgenes et progenies huius quoq;  
 apo comu. p singula comata e  
 annectendum uersiculis. quia in  
 delictet per omis seli generationes.  
 et perire supbi. et humiles exalta  
 ri. pia iustaq; diuine potentie di  
 pensatione non cessant.

**S**uscipit isrl puerum suum.  
 memorari misericordie sue. Pulchre  
 puerum dñi appellat isrl. quia  
 ab eo fit ad saluandum. suscept.  
 obedientem uidelicet et humile.  
 iuxta quod osee dicit. quia pu  
 er isrl et dilexi eum. Nam qui  
 contempnit humiliari. non po

test utiq; saluari. nec dicere cum  
ppha. ecce enim dñs adiuuat  
me. et dñs susceptor est anime  
mee. Quicumq; autē humilia  
uerit se sicut paruulus? hic est  
maior in regno celoz.

99 **S**icut locutus est ad patres nos  
tros? abrahā et semini eius  
in sc̄la. Semen abrae non car  
nale sed sp̄uale significat? id ē  
non eius tantum carne p̄geni  
tos. sed siue in circumcissione. seu  
in preputio. fidei illius uestigia  
secutos. Nam et ip̄e in p̄pucio po  
situs credidit. reputatumq; est ei  
ad iusticiam. atq; eiusdem fidei  
signaculum circumcissionē accepit.  
ut sic. utriusq; p̄li pater fieret per  
fidem. iuxta quod ap̄ls ad roma  
nos plenissime disseruit. Aduent  
ergo saluatoris. abrae est et semi  
ni eius in sc̄la p̄missus? hoc est fi  
liis p̄missionis. quibus dicitur. si  
autem uos xp̄i. ergo semen abrae  
estis. sc̄dm̄ promissionem here  
des. Bene autē uel dñi iohāni  
exortum matres prophetando  
proueniunt. ut sicut peccatum  
amulieribus cepit. ita etiam bo  
na amulieribus incipiant? et

que p̄...  
diabus...  
mundo uita reddatur...

**M**ansit autem maria cum  
quasi mensibz tribus? et reuersa  
est in domum suam. Tandem  
mansit maria donec elisabeth  
partus tempore completo. pre  
cursoris dñi sui p̄pter quā m̄ge  
me uenerat natiuitatem uide  
ret. Dicitur est autem supra  
quod om̄is anima casta que sp̄ua  
le ubi desiderium conceperit. al  
ta mox necesse sit exercitū celestis  
iuga subeat. et quasi trium men  
sium dies ibidem demorata. quo  
usq; p̄fecte principalium uirtutu  
luce radietur? p̄seuerare non de  
sistat. Quos nimirum p̄fectissi  
mi fulgoris menses describens a  
postolus ait. nunc autē manēt  
fides. spes. karitas tria hec? ma  
ior autem hūc est caritas.

**E**lisabeth autem impletimē  
tempus pariendi. et peperit  
filium. Verbum impletionis sc̄a  
scriptura in bonoz tantum actu  
uel obitu uel actu ponere con  
suevit. quoz uitam plenitudi  
nem perfectionis habere signi

... et Elisabeth unpletum  
 ... dicitur panendi impleti se  
 ... ut pareret. impleuit  
 ... edificare domum dei. de  
 ... est abraham uel aliquis  
 ... sener et plenus dierum.  
 ... postquam uenit plenitudo te  
 ... misit ds filium suum. Ac  
 ... dies impioy. manes se  
 ... et uacui. Viri enim sanguinum  
 ... et dolosi. non dimidiabunt dies

**E**t audierunt suos.  
 Quicquid et cognati eius quia ma  
 gnificauit dñs misericordiam suam  
 eum illa. et congratulabantur  
 ei. habet scōy editio letitiam plu  
 rimoy. quia commune est bonū.  
 iusticia enim communis est uirtus.  
 et ideo in actu iusti future uite in  
 signe pmititur. et grā secuture  
 uirtutis exultatione uicinoy p  
 figurante signat.

**E**t factum est in die octauo  
 uenerunt circumcidere puerū.  
 et uocabant eum nomine patris  
 sui zachariam. Et respondens  
 mater eius dixit. nequaquam.  
 sed uocabitur iohannes. **M**ire  
 scō euangelista premittendum  
 putauit. quod plurimi infan

tem patris nomine zacharie ap  
 pellandum putarunt. ut aduer  
 tas matris non nomen alicuius  
 displicuisse de generis. sed id scō  
 infusum spū. quod ab angelo  
 ante zacharie fuerat p̄nuntiatum  
 Et quidem ille mutus intinere  
 uocabulum filii nequiuit yxoxi.  
 sed p̄phetiam elisabeth didicit.  
 quod non didicerat amaro.

**E**t dixerunt ad illam. quia nemo  
 est incognitione tua. qui uoce  
 tur hoc nomine. Inuebant au  
 tem patri eius. quem uellet uo  
 cari eum. Et postulans pugillare.  
 scripsit dicens. iohannes est no  
 men eius. Et mirati sunt unū  
 si. iohannes est inquit nomen ei.  
 hoc est. non ei uos nomen im  
 ponimus. qui iam a dō nomen  
 accepit. habet uocabulum suū  
 quod agnouimus. non qd̄ el  
 gimus. **N**ec mireris si nomen  
 mulier quod non audiuit asse  
 ruit. quando ei sp̄c scōs qui an  
 gelo mandauerat reuelauerit.  
 neq; poterat dñi ignorare p̄nun  
 tium. que p̄phetauerat xpm.  
 Et bene additur. quia nemo  
 incognitione eius uocabat

hoc nomine . ut intelligas nomen  
non generis esse sed uatis .

**A**ptum est autem ilico os eius &  
linguam ei . & loquebatur benedicens dñm .  
Et factus est timor sup om̄s uicinos  
eoz . Quia uox clamantis in de-  
serto est nata . merito est lingua  
parentis soluta . Neq; enim patre  
alaudibus silere decebat . qui uer-  
bi p̄cone sibi nato gaudebat . q̄p-  
pe cui labia que incredulitas uix  
erat . fides iam soluit . Verum  
hec etiam allegorice si quis p̄seru-  
tari desideret . iohannis celebra-  
ta natiuitas . gr̄e noui testa-  
menti est inchoata sublimitas .  
Cui uicini et cognati patris no-  
men quam iohannis impone-  
re malebant . quia iudei qui  
legis ei obseruatione quasi affini-  
tate uincti erant . magis iusti-  
ciam que ex lege est sectari . q̄m  
fidei gr̄am suscipere cupiebant .  
S; iohannes hoc est gr̄e dei uo-  
cabulum mater uerbis . pater  
litteris intimare satagunt . quia  
et lex ip̄a psalmiq; ac p̄ph̄e aper-  
tis sententiarum uocibus gr̄am  
xp̄i p̄dicant . et sacerdotium  
illud uetus figuratis cermoni-

arum et sacrificioꝝ uinculis  
testimonium p̄hibet .  
zacharias octaua die p̄-  
te loquitur . quia p̄ dñm resurrex-  
tionem que octaua die hōc est  
post septimam sabbati facta ē .  
occulta sacerdotu legalis  
chana patuerunt . lingua q̄p-  
tificum iudeoz . quam diffiden-  
tie uincula strinxerunt . intel-  
ligentie . rationalis est uoce so-

**E**t sup om̄ia .  
montana . iudee diuulgaban-  
tur om̄ia uerba hec . & posuerunt  
om̄s qui audierant in corde suo di-  
centes . Quid putas puer iste erit .  
Item manus dñi erat cum il-  
lo . Magna opa dñi . exquisita  
in om̄s uoluntates eius . Ecce em̄  
unum zacharie silentium non  
ip̄i tantum cum datur . ad pena  
incredulitatis . et signum crede-  
di p̄ficit . sed et cum auferitur o-  
nes uicinos eius miraculo ac ti-  
more stupefacit . Om̄ia circum-  
quaq; montana fama nati pro-  
phete p̄fundit . om̄s qui audire  
poterant . ad p̄quirendum di-  
ligentius pueri qui natus est .  
modum statumq; sollicitat .

dñs uidelicet atq; huiusmodi su-  
 cus xpi ppha commendetur av-  
 spūs. Itēq; ut ita dixerim pre-  
 rñs uentatis. pcurrentia signa  
 pbeant.  
**Z**acharias pater eius impletus  
 est spū scō. et pphetavit dicens.  
 Benedictus dñs dñs isrl. quia ui-  
 sitauit et fecit redemptionē plebis  
 sue. Quanta superni muneris ē.  
 langtas si prompta ad accipien-  
 dum nrē fidei sit pietas. Ecce loq̄  
 la que sola est ablata diffidenti.  
 cum spū pphete est restituta cre-  
 denti. Visitauit autem dñs plebem  
 suam quasi longa infirmitate ta-  
 bescentem. et quasi uenditam sub  
 peccato. unius filii sui sanguine  
 redemit. Quod quia beatus zacha-  
 rias pyrime faciendum cogno-  
 uerat. ppheticō mōe quasi iam  
 factum narrat. Et notandum qđ  
 uisitasse et redemisse plebem suam  
 dicitur. non quia uidelicet hanc  
 ueniens suam inuenit. sed quia ui-  
 sitando suam fecit. Cui simile est  
 qđ impubioy sine de eadē plebe can-  
 tat. Mulierē forte qđ inueniet. Neq;  
 enī eandē mulierē uidit; eccliam  
 forte. i. fide deuotā inuenit. s; sibi  
 despōnādo fortem reddidit. qđ

sue fidei sublimitate pfecte.

**E**t exiit cœnu salutis nobis. i  
 domo dauid pueri sui. Cœnu  
 salutis. firmam celsitudinē salu-  
 tis dicit. Ossa siquidem omnia car-  
 ne inuoluta sunt. cœnu excedit  
 carnem. et ideo cœnu salutis reg-  
 num saluatoris xpi uocatur. quo  
 mundo spūalis et que carnis gau-  
 dia superet altitudo nuntiatur.  
 In cuius figuram. dauid uel sa-  
 lemon cœnu olei sunt in regni glo-  
 riam consecrati.

**S**icut locutus est per os scōy. a  
 scō prophetarum eius. A seculo  
 inquit. quia tota ueteris instrumē-  
 ti scriptura. prophetia de xpo pre-  
 cessit. nec soli ieremias. danibel  
 ysaias ceteriq; tales. qui et prophe-  
 te specialiter appellati et de eius ad-  
 uentu manifeste sunt locuti. uerū  
 ipse pater adam. abel et enoch &  
 ceteri patrum. factis quiq; suis.  
 eius dispensationi testimonium  
 reddunt. Unde dñs ipse uideoy  
 duriciam redarguens ait. si crede-  
 retis moyisi. crederetis forsitan  
 michi. De me enim ille scripsit.

**S**alutem ex  
 inimicis nrīs. et de manu o-

num qui oderunt nos. **J**ungen-  
dum est a superior uersiculo e-  
rexit nobis. id est erexit nobis sa-  
lutem ex inimicis nris. Cum  
enim primo breuiter premisis-  
set. & erexit coenu salutis nobis.  
continuo quasi aptius quid erex-  
erit explanans. salutem inquit  
ex inimicis nris. et de manu om-  
nium qui oderunt nos. Omnis  
autem qui oderunt nos. uel  
homines puerfos. uel immun-  
dos spe significat. de quoz ma-  
nu et interim spe salui facti su-  
mus. et in futuro re ipa saluandi.

” **A**d faciendam  
” misericordiam cum patribus nris.  
” et memorari testamenti sui sci.  
” Jus iurandum quod iurauit  
” ad abraham patrem nrm. daturu  
” se nobis. ut sine timore de ma-  
” nu inimicoy nroy liberati ser-  
” uamus illi. **D**ixerat dnm iuxta  
” eloquia prophetarum in domo  
” dauid nasciturum. dicit eundem  
” ad explendum testamentum qd  
” abrae disposuit nos esse libera-  
” turum. quia uidelicet hus pre-  
” cipue patriarchis de suo semine  
” uel congregatio gentium uel

xpi est incarnatio pmissa. **Q**uando  
matheus quoq; breuiter narra-  
re uoluit. qui euangelii sui pn-  
cipium hoc modo cepit. liber ge-  
nerationis ihu xpi filii dauid fi-  
lii abraham. **S**ibi notandum qd  
apud utrunq; euangelistam da-  
datur preferatur abrae. quia et si teporis  
ordine posterior. pmissionis ta-  
men est munere maior. Abrae  
namq; qui adhuc in preputio po-  
situs ppa dereliquit. dnm rogo-  
uit. fidei testimonium meruit.  
fides tantum gentium et sacro  
sanctus ecclesie ceterus est promissus.  
dicente ad eum dno. atq; in te be-  
nedicentur uniuerse cognatione  
terre. dauid autem oraculo subli-  
mitate. quod ex ipso xpe scdm car-  
nem nasciturus eet audiuit. cuiq;  
impleueris inquit dies tuos ut  
uadas ad patres tuos. suscitabo  
semen tuum post te quod erit  
filius tuus. et stabiliam regnum  
eius. ipse edificab michi domum.  
et firmabo solum eius usq; in eter-  
num. Ego ero ei in patrem. et  
ipse erit michi in filium.

**I**ustitiae et iusticia coram ip-  
so. omibus diebus nostris.

et breuiter quomodo sit dñs  
 sententiam designat. uidelicet  
 in scitate et iusticia. et coram ipso.  
 et omnibus diebus. Nam qui uel  
 ante mortem ab eius seruitio disce-  
 dit. uel immunditia qualibet siue  
 iniusticia fidei siue sinceritate com-  
 maculat. uel coram hominibus ta-  
 tum et non etiam coram dño scs  
 pdurare contendit et iustus. nec  
 dum pfecte de manu spualium  
 inimicorum liberatus dño seruit.  
 sed exemplis ueterum samaritano-  
 rum. dus gentium pariter et  
 dño seruire conatur.

Tu puer propheta altissimi uo-  
 cabers. prebis enim ante facie  
 dñi parare uias eius. Pulchre cu  
 de dño loqueretur. ad pphetam re-  
 pente sua uerba conuertit. ut  
 hoc quoq; beneficium esse dñi de-  
 signaret. Verum queritur. quo-  
 modo octo dierum alloquatur  
 infantem. Sed qua ratione uocē  
 patris non audierit natus. qui  
 salutationem marie adhuc utō  
 clausus audiuit. nisi forte putā-  
 dus est zacharias propter eos po-  
 tus qui aderant instruendos.  
 futura sui filii munera que du-

dum per angelos didicerat. mox  
 ut loqui potuit p̄dicare uoluisse.  
 Audiant sane arriani et erubescāt.  
 audiant mansueti et letentur.  
 quod xpm dñm quem iohannes  
 pphetando p̄ibat altissimum uo-  
 cat. iuxta quod et psalmista dñm  
 hominēq; pfectum in una psona  
 collaudans ait. mater syon di-  
 cet homo. et homo factus est i  
 ea. et ipse fundauit eam altissimv.  
 eum factum. qui fundauit. eun-  
 dem hominem. quem altissimum  
 nuncupat.

Ad dandam scientiam salutis  
 plebi eius. in remissionem pec-  
 catorum eorum. Quasi ihu id est  
 saluatoris nomen exponere. ac  
 diligentius commendare desi-  
 derans. salutis mentionem  
 frequentat. cum cornu salutis  
 erigendum. salutem eximii-  
 cis futuram. scientiam salutis  
 plebi dandam commemorat.  
 Sed ne temporalem carnalem  
 q; promitti salutem putares.  
 in remissionem inquit peccato-  
 rum eoz. Verum iudei ideo n̄  
 xpm ihm suscipere. sed antixpm  
 malunt expectare. quia non

intus sed fuerit saluari . non a pec-  
cati domino sed ab humane ser-  
uitutis cupiunt iugo liberari.

“ **P**ER viscera misericordie dei nostri . in  
quibus uisitauit nos oriens exal-  
to . Et propheta de domino loquens . ecce  
uir inquit oriens nomen eius . Qui  
ideo recte oriens uocatur . quia no-  
bis ortum uere lucis aperiens . filius  
noctis et tenebrarum lucis effectus  
filios . iuxta quod beatus zacha-  
rias consequenter exponit dicens .

“ **I**lluminare his qui  
intenebris et in umbra mortis se-  
dent . ad dirigendos pedes nostros .  
in uiam pacis . Sedentibus quippe  
intenebris et in umbra mortis do-  
mino illuminare est . his qui in pec-  
catis et ignorantie cecitate uixerunt .  
agnitionis amorisque sui radios in-  
fundere . quod ualidius dicit apostolus . fu-  
istis aliquando tenebre . nunc  
autem lux in domino . Pedes autem nostri  
in uiam pacis diriguntur . cum  
actionum nostrarum iter per omnia re-  
demptoris illuminatorisque nostri gratie  
concordat . Congruo sane ordine  
primo illuminanda corda . et post  
opa dirigenda testatur . quia ne-  
mo quam non ante didicerit pa-

cem ualet operari . Unde recte  
psalmista . inquire inquit patrem  
et sequere eam . Quod est dicere al-  
luminare qui intenebris sedebas  
et uiam pacis aqua diutius exula-  
bas ingredi .

“ **P**ater autem crescebat et confirma-  
batur spiritu sancto et erat in deserto .  
usque in diem ostensionis sue ad isra-  
hel . Predicator penitentie futurus  
opportunitate iustumque est . ut soli-  
tudinis aspera sequatur . et quo  
liberius iuuenis auditores suos  
amundi illecebris erudiendo sus-  
tollat . ipse etiam primariam squa-  
lidus in deserto uitam transigat .

“ **F**actus est autem in  
diebus illis . prout edictum aces-  
sare augusto . ut describeretur in  
nuersus orbis . Nasciturus in car-  
ne dei filius . sicut parentes sibi  
quos uoluit . et locum nativita-  
tis quem uoluit elegit . eosque ad  
ipsum locum priusquam nasceretur  
quomodo uoluit aduenit .  
ita etiam tempore quo uoluit .  
immo quo ipse una cum patre  
et spiritu sancto a seculis disposuerat . per  
ora prophetarum pre-dixerat . miti-  
dum ut saluaret intrauit . Quo



in enim de uirgine matre natus .  
 in guntatis sibi gl'am et angelicū  
 testimonie decus ostendit esse gra  
 tissimum ? sic quoq; pacatissimo  
 teli tempore pcreatus . quia pacē  
 magnopere quereret atq; amaret  
 edocuit ! quia pacis caritatisq; sec  
 tantes semper inuisere dignaret  
 indicauit . iuxta quod ipse fidei  
 bus promittens ait . ubi enim se  
 duo uel tres congregati in nomi  
 ne meo ! ibi sum in medio eoz .  
 Quod enim manus regni quietissi  
 mi et pulcherrimi quantum ad ho  
 mines potuit esse pacis indicium ?  
 quam una totum orbem descriptio  
 ne concludi eodem eunctos lōge  
 lateq; mundi fines . census nomi  
 nate comprehendit : cuius ductor  
 et moderatoe augustus . tanta uix  
 ta fidem hystoziarum . xii . annos  
 circa tempus natiuitatis dominice  
 pace regnauit ! ut tam fozmsecis  
 quam ciuilibus bellis toto orbe so  
 pits . spūale prophe p̄sagium 3  
 ad litteram uideatur implese . Qui  
 uidelicet p̄pha cum mysticā dispen  
 sationem xp̄i uoce p̄meret dices .  
 et erit in nouissimis diebus p̄para

tus mons domus dñi in uertice  
 montium . et eleuabit sup colles .  
 et fluent ad eum omēs gentes ?  
 post pauca etiam tempore illius  
 sacratissimi statum describere cu  
 raui ! et conflagant inquit gla  
 dios suos in uomerēs ? et lanceas  
 suas in falces . Non leuabit gens  
 contra gentem gladium ! nec  
 exercebuntur ultra ad p̄lium .  
**D**omus iacob . uenite & ambule  
 mus in lumine dñi . Non solum  
 autē hec noua mundi descriptio .  
 illius summi regis aduentui tes  
 timonium p̄hibebat . qui cōgre  
 gatos Amundi plagis om̄ibus .  
 electos suos eterne beatitudinis  
 alio conscriberet ? uerum etiam  
 eiusdem regni duces . queta sui  
 moderaminis pace uiuabat ! quia  
 nimirum compressis a p̄relioz  
 turbine gentibus uniuersis ? predi  
 caturus orbi discipulos quolibet  
 p̄pter uerbum ire uellent . ab in  
 gruentium feruore seditionum tre  
 menda id tempore ut ita dixerim  
 romani nominis umbra protege  
 bat . Exiit ḡ edictum a cesare au  
 gusto . ut censum profiteretur

uniuersus orbis! quia imminebat e-  
dictum regis xpi? quo salutem eo  
sequeretur uniuersus orbis. Qui  
uocabulum augusti pfectissime co-  
plens. utpote suos et augete de-  
siderans et ipse augere sufficiens?   
censoribus sue professionis non  
ablatione pecunie subiectos. s;   
fidei oblatione signare precipit.  
euntes inquit mundum  
uniuersum. p'dicate euangelium  
omni creature. qui crediderit et bap-  
tizatus fuerit saluus erit.

**H**ec descriptio prima. facta est  
ap'side syrie cyrino. Et ibat  
omnis. ut profiterentur singuli in  
suam ciuitatem. Hunc cyrini te-  
p'ibus habitum censum. etiam  
iosephus illustris ebreorum hys-  
torio graphus in octauo decimo a-  
tiquitatum libro hoc modo me-  
morat. Cyrinus autem uir unus  
ex confessu curie romane. p sin-  
gulos magistratus usq; ad gradum  
consulatus ascendens. p cetera  
quodq; honorabilis? cum paucis  
syriam uenit. acesare ius dare  
gentibus missus? et censor simul  
patrimoniorum futurus. Itaq;  
quod ait. hec descriptio prima

facta est ap'side syrie cyrino? sig-  
nificat hanc descriptionem uel pri-  
mam esse earum que totum or-  
bem concluderint. quia pleriq;  
iam partes terrarum sepe legun-  
tur fuisse descripte. uel certe  
primo tunc cepisse. quando cy-  
rinus syriam missus est. Quomodo  
autem tunc imperante augusto  
et cyrino p'sidente. ibant omnes  
ut censum p'fiterentur singuli  
in suam ciuitatem. ita et nunc  
imperante p' ecclesie p'fides idem  
doctores immo suadente et p'mi-  
a pollicente xpo eamus omnes?  
nullus excipiat? acensu iusticie?  
ueniamus ad eum qui laboramus  
et onerati sumus. et ipse reficiet  
nos. Tollamus iugum eius su-  
per nos. et discamus ab eo. qui  
mitis est et humilis corde? et  
inueniemus requiem animabus  
nr's. hec est enim nra ciuitas  
et patria? requies uidelicet beata  
et celestis animarum. Ad quam  
in seli nascentis exordio ad dō xpo  
creati? ad quam ab homine xpo su-  
mus in fine seclōy recreati. Ad quod  
unum ciuitatem pacis et quietis  
ire. et deuoto regi nostro

thesauri ferre est. crescentibus  
 quotidie virtutis ac fidei profes-  
 sibus. superne lucis que sint gaudi-  
 a eterna speculari. et pro his ad-  
 quiritis prospera mundi simul  
 et aduersa contemnere. et his  
 adquisitis mundatos ab omni  
 uoluntate inquinamento carnis et spe-  
 ciosius auro deo munus offerre.  
 Quod si etiam genus nummus  
 natus quod cesari pendebatur  
 diligentius inspererimus. non  
 parum nobis deuotionis et ipm  
 mandare probabimus. Quod n  
 aliunde melius. quam de ipso ev-  
 angelio querere et inuenire ua-  
 lemus. ubi temptantibus se de-  
 tributo cesari reddendo dñs ait.  
 Ostendite michi nummisina cens?  
 At illi inquit obtulerunt ei dena-  
 rium. Et ait illis ihc. cui e imago hec  
 et sup scriptio. dicunt ei. cesaris.  
 Tunc ait illis. Reddite g que se-  
 cesaris cesari. q que sunt di do.  
 Vbi primum notandum quod  
 cesari denarius qui decem num-  
 mos habebat. quod etiam nomi-  
 ne prodit. imagine eius et sup  
 scriptioe tytulatus soluebatur.  
 deinde inferendum. quia in

bente dno que cesaris cesari.  
 que dei sunt deo esse reddenda.  
 Nobis quoq; sollerter intima-  
 in similitudine denarij regalis.  
 do regi nro decalogo legis of-  
 ferendum. hoc est amorem dei  
 et proximi. quoz unus tribus  
 pceptis. septem alius compechit.  
 integro esse corde seruandum. in  
 quo uidelicet scripture sacre d-  
 uario decem mandatis celestib;  
 quasi totidem aureis nummis  
 insignito. uultum nomenq; re-  
 gis eterni. hoc est agnitionem  
 diuine uoluntatis quisquis intu-  
 eri nouit inueniet. quod et in ta-  
 bulis sui cordis quisq; pfecte ere-  
 dit. sperat. diligit. stilo sedule  
 castigationis. gratat. Et hunc  
 nobiscum denarium quasi sacculo  
 inclusum inuia portamus. quan-  
 do dicere scientes cum psalmista  
 signatum est sup nos lumen uul-  
 tus tui dne. dedisti letician in  
 corde meo. ipm tamen hactenus  
 fidei signaculum gaudiumq;  
 spei et caritatis inocculta nre  
 conscientie meditatione serua-  
 mus deo teste reconditum. Ve-  
 rum patriam peruenientes re

gi nro eius uisionē sitimus. ad quem in suo decore contuendum toto nisu uirtutis. tota mentis intentione speramus. que internis latuerant in celis coronanda. nre bone conuersationis donaria proferem. quando que in tenebris diximus in lumine dicentur. et quod in aure locuti sumus in cubiculis. predicabitur in tectis.

**A**scendit autē ioseph a galilea de ciuitate nazareth. in iudeā ciuitatem dauid que uocatur bethleem. eo quod esset de domo familia dauid. ut profiteretur cum maria desponsata sibi uxore pregnantē. Supra dispensatione professio census ita descripta est. ut suam quisque patriam ire uerberetur. non tantum propter mysterium quod diximus. uerum etiam ut dñs a libi conceptus. a libi natus. insidiantis sibi herodis furorem facilius euaderet. Qui si bethleemitis parentibus nasceretur. fugam eorum. subitam callidus seruitator potuisset habere suspectam. presertim cum eos de stirpe dauid unde xpc erat futurus cuncti genus ducere nosset. cui dauid ipse suo et nomine et pa-

tra et officio testimonium preberet. Dauid quippe manu fortis siue desiderabilis interpretatur. nomen quidem inde mutuans quod et gygancem fortiter strauerit. et pulcher aspectu decoraque facie fuerit. et altiori mysterio illum de sua domo ac familia nasciturum prefigurans. qui singulariter mundi principem debellaret. speciosus forma pre filiis hominum. et ipse in bethleem natus. et intellectualium pastore omnium. hoc est simplicium rector esset animarum. Cuius non pretereunt tanta tamque benigna est humilitas itutuenda. que non solum incarnari pro nobis. sed et eo tempore dignatur sic incarnari. que in natu censu cesari ascribetur. atque omnium liberacionem ipse seruitio subdet. Quam nobis humilitatis eius semitam neque conditiones uenit mutare sed animos. petrus insinuat. subdit inquit estote omni humane creature propter dominum. siue regi quasi precellenti. siue ducibus tanquam ab eo missis. Sed et eo apostolus eius paulus. reddite inquit omnibus debita. cui tributum tributum. cui uectigal uectigal. cui timorem timorem. cui honorem honorem. nemini quequam

debeatis? nisi ut inuicem diligatis.

**N**atum est autem cum essent ibi. impleti sunt dies ut pareret. et peperit filium suum primogenitum. Bene non solum propter iudicium regis stemmatis. sed et propter nominis sacramentum dominus in bethleem nascitur. Bethleem namque domus panis interpretatur. ipse namque est qui ait. ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Locus ergo in quo dominus nasceretur. domus panis ante uocatus est. quia futurum profecto erat. ut ille ibi per materiam carnis appareret. qui electorum mentes interna satietate reficeret. Sed usque hodie usque ad consummationem seculi. dominus in nazareth concipitur. nasci in bethleem non desinit. cum quilibet audientium uerbi flore suscepto. domum se eterni panis efficiat. Cotidie in uero uirginali hoc est in animo credentium perfidem concipitur. per baptismum gignitur. Cotidie dei genitrix ecclesia suum comitata doctorem. de rota mundane conuersationis quod galilea sonat. in ciuitatem iuda confessionis uidelicet et laudis ascendet.

dens? censum sue deuotionis eterno regi persoluit. Que in exemplum beate semper uirginis oratione nupta simul et immaculata. concipit nos uirgo de spiritu. parit uirgo sine genuitu. et quasi aliquid dem desponsata. sed alio fecundata. per singulas sui partes que unam catholicam faciunt. preposito sibi pontifici uisibiter uirginitur. sed inuisibili spiritu sancti uirtute cumulatur. Unde et bene ioseph auctus interpretatur. indicans nimirum hoc uocabulo quod instantia magistris loquens nichil ualet. si non augmentum superni iuuaminis ut auctur acciperit. Quod autem filium suum primogenitum maria peperisse describitur. non iuxta heluidianos accipiendum est. alios quoque filios eam peperisse. quasi nequeat primogenitus dici nisi qui habeat fratres. sicut non unigenitus nisi qui caret fratribus solet appellari. quia et testimonium legis et apta ratio declarat. omnes unigenitos etiam primogenitos non autem omnes primogenitos etiam unigenitos posse uocari. hoc est non

. B .

solum esse primogenitum post  
quem alii. s; omnem ante que  
nullus euulua processerit. De  
niq; quia omne masculinum qd  
aperit uulua sem dno uocari  
precipitur. siue frs sequantur  
siue non sequantur. quod pri  
mum deuulua nascitur. primo  
geniti e iure consecrandum. Ve  
rum altice ratione dei filius in  
carne apparens et iuxta diuinitatis  
excellencia unigenit<sup>us</sup> a pre. & iux<sup>ta</sup> firma  
societate pmog<sup>us</sup> e ois cate. De hac  
dr. na quos pscruunt y pdestinau<sup>it</sup> qfor  
mes fieri imaginis filij sui: ut sit ipe  
primogenitus in multis fribus.  
De illa autem. et uidimus glam  
eius. glam quasi unigeniti a pa  
tre. Est g unigenitus in substan  
tia deitatis. primogenitus in sus  
ceptione humanitatis: primoge  
nitus in gratia. unigenitus in  
natura. Inde est quod <sup>frater</sup> nuncupa  
tur et dñs: frater quia primo  
genitus. dñs quia unigenit<sup>us</sup> e.

- » Et pannis eum in  
uoluit. et reclinauit eum in  
presepio. quia non erat ei locus  
» in diuersorio. Quid retribuam  
dno pro omibz que tribuit m?

Qui enim maiore est omi laude  
paruulus natus est nobis: ut  
nos uiri possimus esse perfecti.  
Qui totum mundum uario  
uestit ornatu. pannis uilibus  
inuoluitur. ut no stolam prima  
recipere ualeamus. p que omia  
facta sunt. manus pedesq; eunis  
astringuntur. ut nre manus ad  
opus bonum exerce. nri sint pe  
des inuiam pacis directi. Cui ce  
lum sedes e dura psepis angustia  
continetur. ut nos p celesti regni  
gaudia dilaret. Qui panis est an  
geloz in psepio reclinauit. ut nos  
quasi sca animalia carnis sue fir  
mento reficiat. Qui ad dexteram  
patris sedet. in diuersorio loco eger.  
ut nobis in domo patris sui mul  
tas mansiones prepararet. quans  
hoc quod non in parentum domo  
sed in diuersorio et in uia nascit.  
p significatione intelligi altius  
potest. Ipe naq; ait. ego sum uia  
et ueritas et uita. Qui g p diuini  
tatis essentiam ueritas et uita  
pmanet. p incarnationis mys  
terium uia factus est. qua nos  
ad patriam ubi ueritate et uita  
fruemur adduceret.

Pastores erant in regione eade  
 uigilantes et custodientes uigilias  
 noctis sup gregem suum. et ecce  
 angelus dñi stetit iuxta illos et cla  
 ritas dei circumfulsit illos. Pul  
 cherrima ratione dño nato pastores  
 uigilant. gregemq; suum ab infi  
 dis noctis custodiendo defendunt.  
 ut uidelicet etiam p hoc ostendat  
 illud ad eē tempus. quod uerus  
 et solus bonus pastor olim promisit  
 dicens. ecce ego ipse requiram oues  
 meas. et uisitato eas sicut uisitat  
 pastor gregem suum. et liberabo eas  
 de omib; locis in quos disperse fuerāt  
 in die nubis et caliginis. Et paulo  
 post. Et uisitato super eas pastore  
 mium qui pascat eas seruum meū  
 dauid. et cessare faciam bestias pes  
 simas de terra. et cetera que mira  
 biliter ppha loci huius p̄dicta. mi  
 rabilius a dño uidemus impleta.  
 Meminit et miehā ppha loci huius  
 et temporis dicens. et tu turris  
 gregis nebulosa filie syon. usq; ad  
 te ueniet. et ueniet potestas pri  
 ma regnum filie syon. Turris quip  
 pe gregis que ebraice turris ader uo  
 catur. mille circiter passibus acui  
 tate berthelem ad orientem distat.

uaticinio sui nominis hos multo  
 ante demonstrans. ad quam usq;  
 filie syon angelice uidelicet potes  
 tates. pastoribus apparendo ue  
 nerunt. Vigilent itaq; nato do  
 mino pastores supra gregem ou  
 um suar. significent eius dispē  
 satione manifestata. uigilaturos  
 in ecclesia pastores Animarum cas  
 tarum. quib; dicatur. pascite qui  
 in uobis est gregem dei. Bene autē .s.  
 uigilantibus pastoribus angelus  
 apparet. eosq; dei claritas circum  
 fulget. quia illi p̄ceteris uidere  
 sublimia merentur. qui fidelibus  
 gregibus p̄ eē sollicite sciunt. et  
 dumq; ipsi pie sup gregem uigilat.  
 diuina super eos grā largius coe  
 cat. Aliter. Angelus mariam. An  
 gelus ioseph. Angelus pastores in  
 struit. et concipiendum. et con  
 ceptum. et natum. celi ciues dñm  
 testantur. ut et mortales sufficien  
 ter imbuant. et suum auctori ser  
 uitium incessant impendant.  
 Nam et sequentibus temptato. pas  
 sivo. resurgenti. atq; ad celos ascē  
 denti. se p̄ ad eē phibent.

**E**t timuerunt timore magno.  
 Et dixit illis angelus nolite

amere. Ecce enim euangelizo uob  
gaudium magnum. quod erit omni  
populo. Non omni populo iudeorum quorum  
plurimi rebelles extiterunt. sed omni  
fidelium populo de cunctis tribubus  
gentibus et linguis in unam christi  
ecclesiam congregato. eternum gau-  
dium euangelizatur et magnorum.

**Q**uia natus est uobis  
hodie saluator. qui est christus dominus  
in ciuitate dauid. Hec est potestas  
prima. hoc regnum filie syon. quod  
predicto prophete testimonio promissum est.  
in turri gregis uenturum. Vbi  
notandum quod angelus qui in  
noctis utique uigiliis pastores affat.  
non ait hac nocte. sed hodie natus  
est uobis saluator. non aliam  
scilicet ob causam. nisi quia gaudium  
magnum euangelizare ueniebat.  
Nam ubi tristitia queque nocturnus  
temporibus gesta uel gerenda sig-  
nificat. ibi sepe nox uel adiungitur.  
uel etiam sola nominatur. ut est  
illud. omnes uos scandalum patie-  
mini in me. in ista nocte. Et alibi.  
amendico tibi. quia tu hodie in  
nocte hac priusquam bis gallus de-  
derit uocem. ter me es negaturus.  
Neque enim frustra angelus tanto lu-

mine emectus apparuit. ut claritas  
dei pastores circumfulsisset. hoc est  
ex omni parte illorum radios lumi-  
nis aspexisse dicatur. quod nunquam  
in tota testamenti ueteris serie. to-  
tiens angelis apparentibus adun-  
gitur. sed mystice premonuit. quod  
aperte postea monuit apostolus dicens.  
nox precessit. dies autem appropin-  
quauit. Abiciamus ergo opera te-  
nebrarum. et induamus nos arma  
lucis. sicut in die honesteambu-  
lemus.

**E**t hoc uobis signum. inuenietis infantem  
in pannis inuolutum. et posi-  
tum in presepio. Crebris infantia sal-  
uatoris. et angelorum preconiis. et eu-  
angelistarum nobis est inculcata tes-  
timoniis. ut nostris altius cordibus quod  
pro nobis sit factus infigat. quia  
uidelicet uulneratus est. propter  
iniquitates nostras. et infirmatus est  
propter peccata nostra. Et notandum  
sollertius quod signum nati saluato-  
ris datur. infantem non tyrio se-  
ceptum ostro. sed pannis squalentibus  
inuolutum. non in ornatis auro stru-  
tibus. sed in presepiis inueniendum.  
hoc est non tantum humilitatis et  
et mortalitatis. sed et paupertatis ha-



hunc suscepisse pro nobis. quicquid  
 dines eēt. pauper factus ē pro  
 nobis. ut nos illius inopia ditare  
 mur. Cum esset dñs celoz. pau-  
 per factus est in terris. ut terrige-  
 nas doceret. paupertate sp̄s reg-  
 num acquirere posse celoz.

**S**ubito facta est cum angelo  
 multitudo militie celestis. lau-  
 dantium dñm. et dicentium gloria  
 in altissimis dō. et in terra pax ho-  
 minibus. bone uoluntatis. Inno-  
 euangelizante nuntio natū in  
 carne dñm. inq̄ multitudo mi-  
 litie celestis aduolans. consono in-  
 laudem creatoris ore prumpit. ut  
 et sui sicut semp̄ obsequij deuotio-  
 nem xp̄o impendat. et nos suo pa-  
 ner instruat exemplo. quoties uel  
 aliquis fr̄m sacre eruditionis uer-  
 bis insonuerit. uel ipsi lecta siue au-  
 dita que pietatis sunt ad mentē  
 redierimus. dō statim laudes o-  
 re corde et opere reddendas. Et  
 bene chorus adueniens angeloz.  
 militie celestis uocabulum accepit.  
 qui et dicit illi potenti in pl̄io. qui  
 ad debellandas aereas potestates ap-  
 paruit humiliter obsecundat. et  
 ipse potestates easdem contrarias

ne mortales tantum temptare ua-  
 leant quantum uolunt. fortiter  
 armis celestibus proturbat. Nam  
 sicut imperatoris optimi p̄uisione.  
 cuncta manu militari loca aduer-  
 sus hostilem mununtur aduen-  
 tum. ita et d̄s qm̄ immundi sp̄c  
 ad pacis euerisionem ubiq̄ uersan-  
 tur. ad tutelam nr̄am constituit  
 exercitus angloz. quoz p̄sentia  
 et demonum confringatur auda-  
 cia. et nobis pacis gr̄a ministratur.  
 Quia uero d̄s et homo nascitur.  
 iure hominibus pax. et deo gl̄a  
 canitur. Glorificant angeli dñm  
 pro nr̄a redemptione incarnatio.  
 quia dñm nos conspiciunt recipi. su-  
 um gaudent numerum repleri.  
 Optant pacem hominibus. quia  
 quos infirmos prius abiectosq̄ des-  
 pexerat. nascente in carne dño  
 iam socios uenerant. Qui cum  
 pacem hominibus poscunt. expo-  
 nunt et quibus uidelicet bone uo-  
contempsit. Ibi g̃ amplius ardebit. ubi se ostendit scire q̃d facere noluit. Ab extremo digna se tangi desiderat. quia et̃is supplicij si dat. optat opatione iustoy vltima participari. Cui respondet quod in hac vita bona recepit. q̃ om̃e suum gaudij felicitatē transitoria putavit habere. hic et̃is possunt iusti bona nec tam hoc in reparatione recipere. q̃ dū meliora id est et̃na appetunt. eoy iudicio quelibet bona affuerint. cum sc̃is desiderijs estuant. bona minime vident. Inter hec vero notandū ē. q̃d ei dicit. memento fili. Ecce enī abraham filij uocat. quē tamen at̃mento non liberat. qm̃ huius infideles ppli p̃cedentes patres fideles. q̃ multos a sua fide deuasse considerant. eos nulla cōpassione at̃mentis eripiunt. quos tamen p̃ carnē filios recognoscunt. In at̃mentis autē diues positus quinq; habere fr̃es se p̃hibet. q̃ sup̃b; idem iudacius ppli qui ex magna iam parte dāpnat̃ ē. sequaces suos quos sup̃ t̃ram reliquit. v. senib; corporis deditos nouit. Quinatio g̃ numero fr̃es q̃s reliquerat exprimit. quia eos ad sp̃ualem intelligentiā n̄ assurgē in inferno positus gemit. Petat ut ad eos lazarus mittat. cui q̃ moysen et̃ phas habeant d̃r. S; ait. q̃ non credunt n̄ q̃ ex mortuis resurrexerit. Cui panis respondet. si moysē et̃ phas non audī

uunt. nec si quis ex mortuis resurrexerit credunt ei. Certe de moysē ueritas dicit. si crederetis moysi crederetis utiq; et̃. de me enī ille scripsit. Implet g̃ q̃d per abrahę responsionē d̃r. Ex mortuis enī d̃s resurrexit. s; iudaic̃ ppl̃s q̃ moysi crede noluit. et̃ etiā qui resurrexit ex mortuis crede cōtēpsit. Cuiq; moysi uerba sp̃ualit̃ intelligere uenit. ad eū de q̃ moyses locutus fuerat n̄ puenit.

XVII

**E**t ad discipulos suos ait. Impossibile ē. **lavi.**  
 ut non inueniant scandala. ue aut̃ illi. p̃ quē ueniunt. **D**ic̃ et̃ apl̃s. oportet aut̃ et̃ hereses eē. ut qui p̃bati sūt manifesti fiant in uob. Impossibile ē g̃ in hoc mundo errorib; et̃inib; plenissimo scandala sepissime n̄ uenire. s; ue illi qui q̃d impossibile n̄ uenire. suo uitio facit ut p̃ se ueniat. **U**bi q̃m̃ius generalis sententia vlt̃ aliquis falsus fit. et̃ ip̃e iudas qui p̃ditionis animū p̃parabat intelligi queat. tamen iux̃ā cōsequentiam sermonis hic loc̃ ad sup̃iora respic̃. ubi d̃s de elemosina danda locutus a phariseis uidet. **Q**ui enī recte loquentē uituperat. scandalū p̃fecto id ē offendiculum et̃ ruinā auditorib; p̃bet infirmis. maxime si et̃ ip̃e cū phariseis legis uideat̃ habere scientiā. quem increpās ap̃stolus ait. et̃ peribit infirm̃ in tua scientia fr̃. p̃t̃ quē x̃pc mortuus ē.

**V**tilius est illi. si lapis molaris imponatur  
circa collum eius. et precipiat in mare. quam  
ut scandalizet unum de pusillis istis. **S**e-  
cundum in ore punctione loquitur. quoma-  
ior criminum ista apud ueteres iudeos  
pena fuerit. ut in profundum ligato saxo  
dimengerentur. **E**t uerum utilius est  
innoxium pena quamuis atrocissima  
temporalis tamen uitam finem corpore  
am. quam si nocentem mortem anime me-  
reri perpetua. **R**ecte autem qui scandali-  
zari potest. pusillus appellatur. **Q**ui enim  
magnus est. quodcumque uident quodcumque  
passus fuerit. non declinat a fide. **Q**ui  
autem pusillus est animo. et paruis occa-  
siones querit quomodo scandalizetur.  
**P**ropterea deinceps oportet nos maxime  
his consilium qui parui sunt infideles. ne  
occasione nostra offendantur. et recedant  
a fide ac decidant a salute. **N**otandum  
sane. quod in nullo bono opere aliquando ca-  
uendum est scandalum proximi. aliquan-  
do uero pro nichilo contempnendum. **I**n quantum  
enim sine peccato possumus uitare proximo-  
rum scandalum debemus? **S**i autem de  
uentate scandalum sumimus. utilius per-  
mittitur scandalum nasci. quam ueritas re-  
**A**tendite uobis. **S**i inquit.  
peccauit frater tuus increpa illum. et si  
penitentiam egerit dimitte illi. **T**ale quod  
et in deuteronomio legitur. **N**e odis

fratrem tuum in corde tuo. sed pro publice argue  
eum. ne habeas super illo peccatum. **Q**uo ergo  
ordine scandala declinare. et ne perpetuos  
uitare possimus insinuetur. si nos uidelicet  
ipsos ne quem laesamus attendimus. si peccan-  
tem zelo iusticie corripimus. si ex corde pe-  
nitenti misericordie pietatisque uiscera impen-  
dimus. **U**bi caute intuentium est. quod non passio  
peccanti dimittere sed penitentiam agenti di-  
mittere iubemur. et primo quidem peccantem  
misericorditer increpare. ut sit cui post-  
modum debeamus iuste dimittere. **Q**ui ergo  
fratrem uidens peccare tacuerit. non minus  
domini precepta transgressor est. quam is qui eodem  
penitenti ueniam dare noluerit. quod qui  
dixit si penituerit dimitte. promisit si pec-  
cauerit increpa. **I**taque uenia fratris post incre-  
pationem laudanda est. sed illi utique qui se pe-  
nitendo ab errore conuertit. uel uel difficilis  
uenia uel remissa sit. indulgentia.

**E**t si septies in die peccauit uita. et septi-  
es in die conuersus fuerit ad te dicens.  
penitet me. dimitte illi. **S**eptenario  
numero non ueniam dande tamen ponitur.  
sed uel omnia peccata dimittenda. uel septem  
penitentiam dimittendum precipitur. **S**oler enim  
sepe per uel. cuiuscumque rei aut temporis u-  
niuersitas indicari. **U**nde quod in psalmo  
canitur septies in die laudem dixi tibi. ni-  
chil est aliud quam semper laus eius in me-  
meo. **N**am uel ubi petro interrogan-

ti quotiens peccant; in se sibi dimittat an usq;  
 septies. respondit dñs non dico t̄ usq; septi  
 es s; usq; septuagies septies. id ē quadringē  
 tis nonaginta uicib; ut quotiens peccanti  
 sibi dimitteret in die. quotiens ille pecca  
 re non posset. Peccanti ḡ in te sibi. si peni  
 tentiā egerit. dimittendi habes potesta  
 tē immo necessitatē! ut et t̄ penitentia ac  
 ueniā flagrant; par qui ē in celis ignos  
 cat. Ac si increpat̄ conuicta. y penitentia  
 agere neglexerit! quid sup hoc ueritas  
 sententia decernat intuerē. Si peccauit  
 in te sibi. uia de y corripe eū. et cetera us  
 q; quo ait. si autē y ecclesiam n̄ audierit. sit t̄  
 sicut ethnicus y publicanus? y merito q̄ sub  
 nomine fidelis egit opa infidelit̄. Aut sa  
 ne ueniā sibi penitentia. alit̄ inimico p̄sequē  
 ti dare p̄cipimur. huic uidelicet ut acce  
 pta remissione peccati. quo nos in fontes  
 nocuit. socia nob̄ karitate cōmunicet.  
 illi n̄ ut eum nob̄ malum uult y si potē  
 facit. nos semp̄ bonū uelimus. faciamq;  
 quod possim? Heq; enī dauid eundem  
 uenē modū p̄secutorib; suis penitentie  
 remedio p̄uatis. quāuis misericorditer  
 eos lugens p̄stare potuit! quē sibi salu  
 bri compunctione castigatis ioseph beni  
 uole cognoscendus exhibuit.

**Et dixerunt apli dño. Adauge nobis fi** **Lxxvii.**  
**dem.** **O** xerat sup dñs. qui fide  
 lis ē in minimo y in maiore fidelis ē!

et si alieno fideles ū fuistis. qđ ur̄m ē  
 quis dabit uobis. et idō apli qui malie  
 no ac minimo hoc ē in t̄tenoy cōtēptuā  
 fuere fideles. in suo sibi ac maiore fidē  
 postulant augeri. Nemo enī repente  
 fit summus? s; in bona conuisione a mi  
 nimis quisq; inchoat. ut ad magna p̄ue  
 niat. Aua nāq; sunt uirtutis gradia.  
 aliud p̄fectio. aliud p̄fectio! qm̄ magno  
 pere querentes auunt dño adauge no  
 dit aut dñs. si ha **U** bis fidem.

**D** ueritas fidē sic granū sinapis. dicere  
 tis huic arbori mōdo. eradicare y transplā  
 tare in mare. y obediret uobis. **F** idem  
 p̄fectam grano sinapis cōparat. que sit  
 uidelicet y ad faciē humilis y in pecto  
 re feruens. uilis quidē passim cōtuenti  
 bz nullarūq; uirū appārens? s; p̄stius  
 amita quid p̄fectionis int̄gerat osten  
 dens. S; et hoc notandum! qđ granū  
 synapis ad purgationē capitis salub  
 rime p̄dest. H̄ si optime tritū et cry  
 bellarū tepide pingui mulse admisce  
 as. y hoc ieiunio cont̄ solē v̄l calidum  
 in balneo gargarizes. omnē humore  
 nigrū etiā si crassior fuerit de capite  
 purgat. y imminentū quoq; imbe  
 cillitatū fac̄ pericula uitari! sic p̄fecto  
 fideles tēptationū pistillo p̄bata. ab  
 omni leuū cogitationū p̄ficiē cribro  
 discretionis castigata. y p̄fecte dilectiois

Sentina e  
piscia que  
pmanet in  
nauib;

melle dulcorata. om̄s de corde quod e  
int̄ceus n̄r̄ hominis caput unoz senti  
nas. non solum ad p̄sens exhaurit. s;  
et infuturū ne recolligi ualeant p̄ca  
uet. Arboꝝ aut̄ moꝝus eradicanda &  
in mare transplantanda. Et simpliciꝝ  
posita pot̄e intelligi. q̄ uidelicet con  
summate fidei iudiciū sit uerbo ele  
mentis imperare. ut quod de uno  
specialit̄ dictū e. hoc generalit̄ de oī  
bus sentiendū credat̄. Deinq; alibido  
min̄ arefacta uerbo ficulnea discipu  
lis inuanti; ait. si habueritis fidem  
et n̄ hesitaueritis. n̄ solū de ficulnea  
facietis. s; y si monti huic dixeritis  
tolle y iacta te in mare fiet. Et certe p  
morum cuiꝝ colore sanguineo fructꝝ  
y uirgulta rubent. unde y a latinis  
rubz appellat̄. cui maḡim crucis exp̄m̄  
tur. que p̄ fidem ap̄loꝝ de gente iudeo  
rū in qua uelut in styrpe gn̄s teneba  
t̄. uerbis p̄dicatiois eradicata et ima  
re gentiū translata e atq; plantata.  
Cui sententię. subiuncte quoq; p̄abo  
le que de uerbi ministris agit. sensus  
astipulat̄. Inuat y illud. qd̄ folia oro  
ri serpentis sup̄iecta necē inferunt.  
q̄ uerbum crucis ut cuncta salutaria  
cōfert. cuncta noxia tollit.

**Q**uis aut̄ ur̄m habens serm̄ arante  
aut pascen̄tē. Hec parabola do

cet. ut fides quo uirtutibꝝ suis excellen  
tior. eo in ip̄a conscientia fiat int̄ humili  
or. Seruus quippe arans aut pascens.  
quilibet eccl̄ie doctor intelligit̄ de quo  
dñs ait. nemo mittens manū suā in ara  
trum y aspiciens retro apt̄ e regno dñi.  
y alit̄ se se amare testanti t̄cio respondy.

**Q**ui regresso de sp̄asce oues meas.  
agro dicit illi statim. transi recūbe. y  
non dicit ei para qd̄ cenē. Seruus de  
agro regressit̄. cū inmissio ad t̄pus opere  
p̄dicandi ad conscientia doctoz recurrit.  
atq; a publico locutionis ad curia cordis  
rechiens. sua secū secret̄. acta t̄ dicta re  
tractat. Cui n̄ statim dñs transi recū  
be dicit̄. id e transi de hac uita mortalī.  
y in eterne uite beata sede resouere. Hec  
enī postea dicitur. iterum post pastū atq;  
agricultura domi sibi iubet parare qd̄  
cenet. hoc e post labore apte locutiois.  
humilitatē quoq; prope confidānonis  
exhibere. Valis nāq; conscientie tem  
plum dñs dignant̄ ingredi. tali cena  
libentissime pasci desidat̄. Ecce enim  
inquit sto ad ianuā y pulso. siq̄s sur  
rexit y aperit m̄. in t̄abo ad illuoy  
y cenabo cum illo y ip̄e mecū.

**E**t p̄cinge te y ministra m̄. donec mā  
ducē y bibas. P̄cingi e m̄entē  
humiliatā ab om̄ibz fluitanti cogi  
tationū fimbz quibz opum gressus im

potiri solet cōstringere. Nam qui uestimē  
ta pēngit: hoc agit utiq; ne incedens iuol  
uat ad lapsum. **M**inistrare uero dō est.  
minimū se pōnā et absq; grē eius auxilio  
nichil iurum habentē p̄fiteri. **M**inist  
eū a minore statū id ē subiectione. sic  
magist' amare uocabulum sūpsit. **M**in  
istat q̄ cōditōy: qui eius naturā cō  
sidans. eius iudicia p̄tamescens. de suis se  
uirtutibus humiliat.

**E**t post hec tu manducabis et bibes.  
Postq̄m inquit ip̄e tue p̄dicationis  
ope delectat: tueq; cōpunctōis epulis  
fiero refect. Tunc demū tu transies et  
recibes. et in s̄q; mee sapientie dapib; in  
eternum reficiēris.

**N**unquid grām habet seruo illi: q̄ fecit  
que sibi impauerat: n̄ puto. Sic et  
uos cum feceritis omnia que p̄cepta sunt  
uobis: dicite. serui inutiles sumus. **S**i  
homo inq̄t. ab homine seruo n̄ unifor  
me s; multiplex ministeriū exigit. nec  
tamen ei grām habet: quātomagis  
uos qui sine me nichil potestis facere.  
non tēpor: longitudine labor: merita  
pensare debetis. s; amore et famulatu  
spontaneo nouis semp̄ studiis augere  
p̄ora. Itaq; dicite. serui inutiles sumus.  
Serui quidē q̄ p̄cio empta estis: inuti  
les ū. q̄ dñs bonoz: uirōy non indiget.  
Si autē inutilis ē qui fecit omnia: quid d

illo dicendum ē. qui explere que p̄cepta  
sunt et infirmitate n̄ potuit. et q̄d peius  
ē supbia despexit. Aut. serui inutiles  
sumus. q̄ non sunt cōdigne. passiones  
hui' tēporis. ad sup̄ uenturā glām q̄  
reuelabit in uob'. et alib; qui coronat  
te in miseratione et misericordia. Non ait  
inmeritis et opib; tuis: q̄ cui' misericordia  
p̄uenit ut humiliet dō seruam'. eius  
minime coronat ut sublimet eū illo regno.

**Q**uod debuimus facere facimus. **R**e  
uera debuius. q̄ qui non uenit mi  
nistrari s; ministrare: debet esse sibi no  
fec. ne n̄ris uidelicet opib; confidentes.  
s; de eius semp̄ examine pauentes cū  
p̄pha dicam: quid retribuam dño p̄  
omib; que retribuit nob'. Qui ut fidē  
se grano synapis simulandā. humilem  
scilicet et feruentē habuisse monstraret.  
p̄misit dicens: credidi p̄t q̄d locut' sū.  
ego aut' humiliat' sum nimis. **E**t q̄d  
suis se uirib; minime credidisset osten  
deret: inextrasi locut' adiunxit. ois  
homo mendax. **E**t inutile se seruū  
etiam se calice p̄cioso mortis accepto  
significaret exclamauit. o dñe ego  
seruus tuus. ego seruus tuus. et fi  
lius ancille tue. dirupisti unclā  
mea. Nam ait ip̄e dirupisti. ip̄e dō  
saluando sufficio: s; tu dirupisti un  
cula mea. et sacrificabo ostiā laudis.

Hec ē g̃ in hominib⁹ sola fidei p̃fectio. si om̃ib⁹ que p̃cepta sunt impletis. imperfectos eē se nõiunt. ⁊ quādiu p̃grina t̃ a dño semp̃ in eē sibi mala que defleant. semp̃ meminerint decē bona ad que gr̃a eius uiuante proficiant. **lxxii.**

**E**t factum ē dum uer̃ in iherl̃m. transiebat p̃ mediam samariā ⁊ galileā. Et cū ingrederet̃ quoddam castellum. occurrer̃ ei. x. iuri leprosi. Leprosi n̄ absq̃ de intelligi poss̃t. qui scientiā uere fidei n̄ habentes. uarias doctrinas p̃sentent̃ erroris. Non enī t̃ abscondunt imperitiā suā. s; p̃ summa peritiā p̃fer̃t in lucē. ⁊ iactantiā sermonis ostentant. Nulla por̃o falsa doctrina ē. que n̄ aliqua uera int̃miscet. Vera g̃ falsis maxime p̃ mixtā in una disputatione. ut narratiōe hominis. tanq̃m in uini corpore colicē apparentia significat̃. leprā. tanq̃m uenis falsiq; color̃ locis humana corpora uariantē atq; maculantē. Hic autē tam uitandi sūt ecclie. ut si fieri potest longius remota magno clamore xp̃m int̃pellent. Unde ⁊ apte subin-

**Q**ui steterunt alonge. et leua. **g̃t.** uerunt uocē dicentes. Jhu p̃ceptōe miserere n̄r̃. Et bene ut saluent̃. iho p̃ceptōe nominant. Quia enī in ei uerbis se errasse significant. hunc saluandi humilit̃ p̃ceptōe uocant. Cūq; ad cog-

nitōne p̃ceptōis redeunt. mox ad formā salutis recurrunt. H̄a sequit̃.

**Q**uos ut uidit dixit. Ite ostendite uos sacerdotibus. Et factum ē dū uent̃. mundañ suut. Nullum dñs eoz quib⁹ hec corporalia beneficia p̃stuit. inuenit̃ misisse ad sacerdotes n̄ leproso. q̃ uidelicet sacerdotiū iudeoz figura erat futuri sacerdoti uigali quod ē in ecclia. quo cōsecrant om̃s p̃tinentes ad corp⁹ xp̃i summi et ueri principis sacerdoti. Et quisquis t̃ heretica p̃iutate t̃ superstitione gentili t̃ iudaica p̃ficia. t̃ etiā scismate s̃mo quasi uano colore p̃ dñi gr̃am caruerit. necesse ē ad eccliam ueniat. colorēq; fidei uerū quē accepit ostendat. Ceterū ū una tāq̃m ualitudinis ⁊ quasi mēbroz anime atq; sensui. p̃ se ip̃m interius in conscientia et intellectu dñs sanat ⁊ cōngit. Demq; paulus uoce dñi audita quid me p̃sequeris. ad animā tam missus ē. ut illo sacerdotio qd̃ in ecclia constitutū ē. faciant̃ doctrinē fidei p̃ciperet. ⁊ uerus ei approbaret̃ colorē. non q̃ n̄ potē p̃ se ip̃m dñs om̃ia facere. nā quis alius hec fac̃ etiā in ecclia. s; ut ip̃a societas congregator̃ fidelium approbando inuicē atq; cōmmeūdo uerū fidei doctrinā in om̃ib⁹ que dicunt̃ uerb̃ t̃ signant̃ sacramentis. tanq̃m uanam speciem ueri coloris obducant.



Cetera cum elemosine eius accepit et  
 p[ro]f[er]et ei[us] audite illi ab ang[elo] nuntient. p[ro]p[ter]  
 doct[ri]ne tamen sacramentor[um] q[ui] unitatē ad  
 p[er]n[em] ubet[ur] mitte[re] tanq[ua]m illi et suis dicē[ur].  
 t[er] ostendite uos sacerdotib[us]. Nam et cum  
 uent[ur] mundari s[un]t. Jam enī ad eos ueniat pe  
 t[er]us; tamen ip[s]i nondū accepto bap[ti]sma  
 tis sacramento. n[on] dū sp[irit]ualit[er] ad sacerdo  
 tes pueniant. et tam[en] infusione sp[irit]u s[an]c[t]i et  
 adm[ir]atione linguar[um] eor[um] mundatio de  
 nus[us] autē ex illis. ut **I**clarata ē.

**U**iditq[ue] mundat[us] ē. regressus ē cum  
 magna uoce magnificās d[omi]n[u]m. et cecidit  
 in faciē ante pedes ei[us] gr[ati]as agens. V n[on]  
 iste qui magnificans d[omi]n[u]m regressus ē h[ui]us  
 eccl[esi]e deuotā xp[isto] humilitatē significat.

Qui bene cadens ante pedes d[omi]n[u]m gr[ati]as ag[er].  
 Ille enī uere deo gr[ati]as agit. qui rep[er]sis pre  
 sump[ti]onis sue cogitationib[us] q[ua]m in semet  
 ip[s]o infirm[us] sit humilit[er] uidet. qui nichil  
 sibi uirtutis tribuit. qui bona que agit  
 de deo misericorditer conditoris cognoscit. Unde  
 et recte subiungit.

**E**t hic erat samantanus. Samanta  
 nus quippe interpretat[ur] custos. Quo no  
 mine ille p[ro]p[ter] ap[er]tissime significat. q[ui] gr[ati]as  
 agendo ei a quo accepit tribuit om[n]e quod  
 accepit. quodam cantans illud de psal  
 mo. **S**i fecerit d[omi]n[u]s meā ad te custodia.  
 d[omi]n[u]s susceptor m[er]it[um] es. d[omi]n[u]s m[er]it[um] m[er]i  
 tor[um] tua[rum] p[ro]ueniet me. Cadit

aut[em] in faciē. qui ex malis que se p[ro]p[er]tas  
 se meminit erubescit. Ibi enī cadit ho  
 mo. ubi confundit[ur]. Unde et paulus q[ui]s  
 quibusdam in faciē iacentib[us] dicebat.  
 que et fructum habuistis tunc in illis in  
 quib[us] nūc erubescitis. At cont[ra] de ascē  
 sere equi id ē de eo qui in hui[us] mundi gl[ori]a  
 elat[us] ē dicit[ur] ut cadat ascensoz ei[us] retro.  
 Rursūq[ue] de p[er]secutorib[us] d[omi]n[u]i scriptū ē. abie  
 runt retrorsum et ceciderunt in terram. Q[uo]d  
 est hoc quod elat[us] in faciē. et p[ro]p[ter] retror  
 sum cadunt. n[on] q[uo]d om[n]is qui post se cadit.  
 ibi p[ro]cul dubio cadit ubi n[on] uidet. qui n[on]  
 ante se cecidit ubi <sup>cadit</sup> cecidit ubi uidet.  
 Iniqui q[ui] q[ui] inuisibilib[us] cadunt. post  
 se cadere dicunt[ur] q[ui] ibi ceciderunt ubi q[ui]d  
 eos tunc sequit[ur]. in uide n[on] possunt. Iust  
 uero qui istis inuisibilib[us] semetip[s]os sponte  
 decidunt. ut inuisibilib[us] erigant[ur]. qua  
 si in faciē cadunt. q[ui] amore cōpuncti  
 uidentes humiliant[ur].

**R**espondit aut[em] ih[esu]s dixit. Nonne x. m[ille]  
 Redat sunt. et nouē ubi sūt. U nū si  
 addat[ur] ad. viii. quedā effigies unitatis  
 implet[ur]. quo fit tanta cōplexio. ut ult[er]  
 non p[ro]grediat[ur] nimis nisi rursus ad u  
 num redeat. h[ec] p[ro] infinitatē numeri  
 regula custodiat. Nouē itaq[ue] indigent  
 uno. ut quadā unitatis forma coagulen  
 t[ur]. x. sūt. unū non eis indiget ut cus  
 todiat unitatē. Q[uo] mobrem ut un[us] ille

qui gr̄as egit. unice ecclie significatioē  
approbat atq; laudat ē. ita illi. viii.  
qui gr̄as non egerunt rēpbi effecti a  
consēno imitans excludi sūt. ideoq;  
tales in nouenano numero tāqm̄ im  
pfecti remanebunt. Et merito eos sal  
uator quasi ignotos ubi sunt inqui  
rit. Scire enī dī eligere. nescire rēphare

**N**on ē inuent⁹ qui rediet et da  
ret gl̄am dō. n̄ hic alienigena.

**S**cđm corp⁹ quidē facile ē uidere pō  
se hominē n̄ habere leprā. y tamen  
anm̄ eē non boni. scđm significatio  
nē autē huius miraculi conturbat  
considerantē. quom̄ mund⁹ dici pō  
sit ingrat⁹. S; iam facile ē etiā illud  
uide fieri posse. ut quisquis in ecclie  
societate doctrinā integrā uerāq; as  
sequat. y om̄ia scđm catholice regu  
lam disserat. distinguat ac createe  
creaturā. eoq; manifestet uarietate  
mendatorū tāqm̄ lepra caruisse. et  
tamen ingrat⁹ sit dō y dño munda  
torū suo. q; elat supbia gr̄az agen  
dar pia humilitate non sternit. simi  
lisq; efficit eis de quib⁹ dic̄ apostolus.  
qui cū cognouissent dñm. non ut dñm  
magnificauerūt aut gr̄as egerunt.  
Qđ enī dic̄ eos deum cognouisse. os  
tendit quidē alepra fuisse munda  
tos. s; tam̄ statī accusat ingratos.

**T**ertio illi. surge uade q; fides tua te  
saluū fec̄. Qui deuot⁹ ante dñm  
cecidit. surgere et ire p̄cipit. q; qui in  
firmitate suā subtilit̄ cognoscens hu  
militer iacet. p̄ diuini uerbi consolatio  
nē surgere ad fœtia opa. et crescentib;  
cotidie mentis ad p̄fectiora passim p̄fice  
re iubet. Si autē fides saluū fec̄ eū quē ad  
agendas saluatoris et emundatorū suo gr̄a  
as inclinauit. g; p̄fidia p̄didit eos quide  
acceptis beneficis dō gl̄am dare neglex  
erunt. Qua p̄t̄ et hec lectio supiorū ca  
ratione conungat. quod ibi fidem per  
humilitate augeri debere parabola. da  
ta decernit. hic autē manifesti ip̄is reb⁹  
ostendit. non fidei tantū agnitā ratio  
nē s; executā fidei opationē eē que sal  
uū faciat credentē det q; gl̄am patri  
qui est in celis.

**I**ntrogat⁹ autē a phariseis quando  
uenit regnū dī. respondit eis et dixit.  
Non uenit regnū dī cū obseruatione.  
**I**ntrogant de tēpe regni dei. q; sic  
infra lucas apuit existimabant qđ  
ueniente ierosolimā dño confestim  
regnū dī manifestaret. ita ut et ip̄i  
si apli hac opinione ducti. post re  
surrectionē eius interrogantes eum  
acerent. dñe si intēpe hoc u. restit  
es regnū isrl. y alibi cleoph  
autē sp̄abam⁹ q; ip̄e esset

ventura p̄nuntiando subiuix̄.  
 t̄r̄ isrl̄. **U**enit aut̄ regnū dī cū obser-  
 uatiōe. neq; dicent ecce hic. aut ecce  
 illic! q̄ quando ueniat neq; ab anglis  
 neq; ab hominib; potē obseruari. sic  
 temp; domine incarnationis certissi-  
 mus et p̄phaz uaticin; p̄firum y angloz  
 ē manifestatū p̄conisāto ut concepit̄  
 nat; baptizat; p̄dicans etiā moriens  
 y resurgens atq; ad celos rediens! comi-  
 tantib; uidesinent; t̄ angloz t̄ hominū  
 t̄ certe miracloz sit declarat̄ iudicis.

**E**cce em̄ regnū dī intra uos est.  
 Regnū dī se ipm̄ diē. intra illos utiq;  
 positum! hoc ē incredib; coz. ubi credi-  
 dere regnantē. Unde scriptū ē p̄pe ē  
 uerbum in ore tuo y in corde tuo! hoc  
 o aut̄ iūbum fidei q̄t̄ p̄dicam?

**E**t ait ad discipulos suos. **U**enient dies  
 quando desideretis uidē unū diē  
 fili hominis? non uidebitis. Hoc est  
 regnū dī q̄ uenturū sp̄am; diē uideli-  
 cet x̄pi uidere. Et bene unū diē. q̄  
 nulla beatitudinis gl̄a de qua p̄pha  
 suspirans aiebat. q̄ melior ē dies una  
 matris tuis sup milia! tenebrar; inter-  
 ruptio nulla ē. nulla saltem memoria  
 miserie t̄ doloris que p̄ma abiēt. Lucē  
 portue pacis obnubilat. hui; ḡ diei bo-  
 nū ē desiderare p̄sentia! nec tam magni-  
 tudine desidij nob sompnia fingē quasi i-  
 stet dies domini. Unde y abte dñs

**E**t dicet uob; ecce hic. ecce illic. nolite  
 ne neq; sectemini. Quāuis hec sen-  
 tentia non solum ad tēpus s; etiā ad p̄so-  
 nā possit intelligi y ad tēpus quidē q̄ exi-  
 tane non nulli qui eum t̄la cōputantes  
 etatum. certū se consumm; **ATIONIS**  
 annum. diē y hōrā dicerent inuenisse  
 contra auctoritatē dñi dicentis. non  
 est ur̄m nosse tēpa t̄ momenta. ad p̄-  
 sonā ū q̄ multa cont̄ eccliam uenire.  
 multi uenturi sunt heretici qui se x̄pi-  
 anos asseuerent! quoz; p̄mus symon  
 magus. extrem; autē ille maior cete-  
 ris ē antix̄p̄e. Si qui ḡ dixerint  
 ecce hic ecce illic idē in hac t̄ ulla p̄so-  
 na t̄ hōrā uenire t̄ uenturū eē reg-  
 nū dī non s̄ sequendi! qui alioa  
 se querere y infanda dicere n̄ timent.

**N**ā sicut fulgur coruscans de sub ce-  
 lo. in ea que sub celo sunt fulget!  
 ita erit filius hominis in die sua.  
**H**oc est quod psalm; ait. d̄s manifestus  
 ueniet. d̄s n̄r et n̄ silebit! quia uideli-  
 cet sed̄s dñi aduente non in humilita-  
 te ut prius. s; ingl̄a sit et maiestate  
 futur;. Et pulchre ait coruscans de  
 sub celo! q̄ iudicij discrimen sub celo  
 hoc ē in aeris medio geret. teste ap̄lo q̄  
 ait! simul rapiem; cum illis in nubib;.  
 obuiā dñō in aera. Si aut̄ dñs in iudi-

cio sic fulgē. apparebit. nullus tunc  
in sua mente latere pmittit. q̄ ipso  
iudicis fulgore penetrat. Non eius  
ḡuentum tēpus aut loc⁹ potē amota  
libz obseruari. qui fulgēis instar om̄ib⁹  
coruscus uidelicet ⁊ repentin⁹ adueni  
et. Potē autē hec dñi responsio. ⁊ de  
illo eius aduentu quo cottidie uenit ī  
ecclia non incongruentē accipi. Reg  
nū quippe dī intra nos ē. q̄ qui quan  
doq; iudex uentur⁹ ē om̄iū. nunc etiā  
p̄sens in corde fidelium regnat. In tantū  
uero sepe turbauerit eccliam heretici.  
dicendo in suo singuli dogmate ma  
nere fidem xp̄i. ut fideles quiq; tēpor  
illoz desiderarent dñm ⁊ uno die  
si fieri posset redire ad t̄ras. et p̄semet  
ipm̄ quom̄ se habeat fidei uentis in  
timare. Et n̄ uidebitis inquit. q̄ n̄  
opus est hoc corporali uisione dñm  
re adhibere. quod semel dispo p̄nuū  
sum mundū euangl̄ij sui fulgore  
sp̄ualit̄ exhibuit. et cont̄ om̄s apoch  
ryphoz nēmas indiuisibili caritatis  
sue luce firmavit.

**P**rimū autē oportet illum mul  
ta pati. ⁊ repbari a generationē hac.  
**L**oquens multa dñs de aduent⁹ sui glōria.  
t̄uē quoq; passionis paucis inserere  
curauit. ut cū morientē cernerēt quē  
glōrificandum audierant. doloreo

passionis spe p̄misse clarificationis in  
tagarent. simulq; se ip̄i pararent. siglo  
nā regni deligerent mortis n̄ herere pe  
riculum. Generationē autē non tantū  
iudeoz uerū om̄ium repboz appellat. a  
quib⁹ etiā nūc filius hominis in corpore  
suo hoc ē in ecclia multa patit̄ ⁊ repbat̄.  
Nam quāuis caput hui⁹ corpōis q̄ uide  
licet. nos sum⁹ iā se se sup̄ om̄ia liberum  
erent. repboz tam̄ uulna ad huc p̄sim  
quod d̄uissimū retinet corp⁹ sentit.

**E**t sicut factum ē in dieb⁹ noe. ita e  
rit in die filii hominis. **S**ubitū adue  
tus sui die. plurimis affirmat exemplis.  
Nā quē fulgē cito om̄ia transuolanti  
cōparauerat. eundem dieb⁹ noe ⁊ loth  
quando repentin⁹ mortalib⁹ sup̄uenit ut  
it̄ equiperat.

**L**udebant ⁊ bibebant. uices duce  
bant ⁊ dabāt ad nuptias. Non hic  
iurā uesauū marcionis ⁊ manichei  
tatiani principis enenatitaz dogma cō  
ingra ⁊ alimenta dampnāt. cū mbis  
successionis. in illis nature sint posita  
subsidiā. s; iurā quod ap̄ls ait om̄ia m̄  
licent s; non om̄ia expediunt. immode  
rat⁹ poti⁹ licēoz usus arguit. Hec enī  
q̄ hec agebant. s; q̄ his se totos deden  
do dī iudicia contēpnebat. aq̄ l̄ igne p̄it̄.  
**U**sque in diem qua intrauit noe in  
arca. ⁊ uenit diluuiū ⁊ p̄didit os.

Noe aram edificat! cum dñs ecclesiam de  
 iustis fidelibus quasi lignis leuigatis adu-  
 nando construit. Qm̄ p̄fecte consumma-  
 tā ingredit̄! cum hanc in die iudicii pre-  
 sentia sue uisionis eternis habitatoribus illu-  
 strat. S; cū ara edificat̄ iniqui luxuriam  
 & cum in inuicem int̄eunt! q̄ qui seīs hic  
 certantibus insultant. eis illic coronatis  
 etiam dampnatione pleclent̄.

**S**imilit̄ sic factum ē in diebus loth. odo-  
 rant̄ & bibebant. emebant & uende-  
 bant! plantabant & edificabāt. **P**ret̄  
 misso dñs illo maximo & infando sodo-  
 morum scelere. sola ea que leuia & nulla pu-  
 tan poterant delicta cōmemorat̄. ut  
 intelligas illicita quali pena ferunt̄! si  
 licita & ea sine quibus hęc uita non ducit̄.  
 immoderatus acta igne & sulphure pu-  
 niant̄. **V**ento ḡ beat̄ augustinus uisus  
 nocte consuetudinibus illicebis. ac uisto  
 dolare cōmot̄ exclamat̄. ue peccatis ho-  
 minū que sola misericordia in hęc reseruat̄?  
 misericordia n̄ p̄ quibus abluendis fili dī sangu-  
 is effusus est. quāuis tam magna sint  
 ut omnino claudi contra se faciant regnū  
 dī. sepe uicendo om̄ia tollerare. sepe tol-  
 lerando n̄ nulla etiā facere cogunt̄! atq;  
 uanā odne non om̄ia que n̄ potuerunt  
 prohibere faciamus.

**Q**ua die autē exiit loth a sodomis. plu-  
 uit ignē & sulphur de celo. & os p̄dit̄.

**A**ctenus loth in sodomis id ē electorū p̄p̄s  
 int̄ reges ut aduena morat̄. & ip̄e as-  
 pectū & auditū iust̄. & iuxā interpretatio-  
 nē nominis loth eorū flagitia quantū  
 ualet declinans. **E**xiunte autē loth  
 sodoma p̄bit̄! q̄ in consummatione seli ex-  
 ibunt angli. & separabunt malos & me-  
 dio iustorū! & mittent eos in caminuos  
 ignis. **V**bi uocandum qd̄ ignis & sul-  
 phur que de celo pluuisse commemorat̄.  
 non ip̄am p̄bennis supplicij flammā.  
 s; subitanum diei illius significat ad-  
 uentū. **H**ec autē ignis ille p̄petuus sup-  
 ueniens impios puniet̄. s; ip̄i pot̄ acō  
 spectu iudicis electi. in ignē mittent̄  
 eternū! quāuis & eidem igni sulphur  
 n̄ dubitem̄ in eē. testante iohanne. q̄  
 utriq; igne & subite scilicet correptionis.  
 sempit̄ne concremationis describens ait.  
 et descendit ignis adō de celo et deuora-  
 uit eos. & diabolus qui seducebat eos  
 missus ē in stagnū ignis & sulphuris!  
 ubi & bestia & pseudo p̄phe. & cruciabunt̄  
 die ac nocte in sc̄la sc̄lorū.

**S**ed̄m hęc erit! qua die fili⁹ hominis  
 reuelabit̄. **P**ulchre reuelabit̄! q̄  
 qui int̄im non apparens om̄ia uidet.  
 tunc apparens om̄ia iudicabit. **A**p-  
 parebit autē iudicaturus eo maxime  
 tempore. quo cunctos iudeorū ei oblitō.  
 huic sc̄lo conspererit eē mancipatos.

q̄ licet mundi t̄m̄m̄ olim p̄finito sic  
uenturis int̄pore! frigente tamen  
cura finē cantate multoz. tanta cre  
brescet humani generis iniquitas.  
ut merito debeat cum ip̄o quē inha  
bitat c̄be deleri. Nam ⁊ nunc quidē  
innumeros adō commessationi et ebr  
etati. emptioni ⁊ uenditioni cet̄sq;  
mundi rebz inherere uidem̄. ut pa  
lam distincti iudicis iram eos puoca  
re non lateat! s; tamē quod sine gra  
ui merore sapiens quisq; saltim cogi  
tare non ualet. peiora iam iāq; sup  
uentura formidam? Q̄d em̄ de una  
quondam peccatrice gente delenda  
dichum ē. cōpleta sunt peccata amor  
reoz. de tota p̄culdubio prauoz mas  
sa dampnanda constat eē sentiendū.  
**I**lla hora qui fuerit in tecto ⁊ uasa  
eius in domo. nec descendat tollere  
illa. **A**ctenus de eo q̄d regnū dī idē  
xp̄c non cum obseruatione s; in sp̄at̄  
adueniat! nunc a qualibz idē aduent̄  
expectari debeat ostendit̄. In tecto  
ḡ ē! qui excedens carnalia. tanq̄m  
in aura libera sp̄ualit̄ uiuit. Vasa  
eius in domo. concupiscentie sunt  
carnales quas nimis amauerat. s;  
supna petens in hoc mundo reliq̄  
rat! quas imminente iudicio neces  
se ē nullaten̄ reperat. Illā enī ho

ram. n̄ eā qua uider uenit s; qua uentur  
rus ē dicit̄. non qua ignis so domā des  
cendit. s; qua loth exire cogit̄. ⁊ potī ip  
se dissimulans ab anglis apphensus ex  
trahit̄. Neq; enī ueniente ⁊ apparente  
tam iudice quisq̄m in hunc mundum  
ut aliquid inde rapiat poterit descen  
dere uelle. s; hec hora. hodieq; agit̄. cū  
uenturū iudicē sollicitis p̄stolam̄ greu  
bus. quando ueniat incerti! de qua  
iohannes ait. filioli. nouissima hora ē.

**E**t qui magro similit̄ non redeat ret̄.  
**Q**ui opat̄ in ecclia ⁊ sic paulus ⁊  
apollo plantat ⁊ rigat! n̄ respiciat sp̄e  
secularē cui renuntiauit.

**M**emores estote uxoris loth. ⁊ x̄c  
loth. significat eos qui in tribula  
tione retro respiciūt! ⁊ se aspe diuine  
p̄missionis auertunt. Et idō statua  
salis facta ē h̄t admonendo homines  
ne hoc faciant. tanq̄m condiat c̄e

**Q**uicūq; questi ⁊ eoz ne sint fati.  
**Q**uere animā suā saluā face! p̄det illā.  
**D**uobz modis hec sententia recte po  
test intelligi! s; ad unū om̄ino finem  
utq; intellect̄ refert̄! ut uidelicet ad  
ūsa p̄ xp̄o pati. immo ipsam mortē  
non tamen obire. Qui enī minante  
mortē p̄secutore si n̄ negauerit xp̄m.  
magis elegit ad tēpus saluare animā  
suam negando! et̄ne hanc p̄culdu

no p̄dmon̄i p̄parat. I tē qui salutē anīe  
sue querit et̄nā. tēporalit̄ eā int̄ p̄secu  
taz manus p̄dē. hoc ē in mortē dare  
n̄ dubitat. Vtriq; aut̄ sensui congruit  
ap̄te quod sequitur.

**Quicūq; p̄diderit illam uiuificabit  
eas.** I d̄o ē qui hic p̄didit illic uiu  
ficabit. qui p̄t̄ xp̄m̄ mortē tradidit.  
tota die estimans eam ut ouē occisio  
nis. eringente tūc y adiuuante xp̄o.  
liberā eam inueniet p̄t̄ nomen xp̄i.

**Uico uob̄. in illa nocte erunt duo in lec  
to uno.** O xerit sup̄ dñs eum qui  
in agro sit retro redire n̄ debet. quod  
ne de his tantū qui ap̄te de agro redi  
tū hoc ē palam dñm̄ negaturi s̄t̄  
dictum putaret. p̄git ostendere non  
nullos qui cū faciem in antīca tene  
udeant. animo tamē ac mente rē  
respiciant. In illa ḡ nocte dixit. in  
illa t̄bulatione tā tenebrosa ut ier  
mē inducant̄ si fieri potē etiā electi  
duo erunt in lecto. illi uidelicet qui  
otium y quietē eligunt. neq; negoti  
is sc̄larib; neq; negotiis ecclīasticis oc  
cupati. que illoz quies lecti nomine

**Un̄ assumeēt. y alta relinquet̄.**  
I significata est. Non quasi de  
duob; hominib; dictū ē. s; de duob; ge  
nerib; afflictionū. Qui enī p̄t̄ dñm̄ cō  
tinentē studuerit. ut sine sollicitudinē

uient cogit̄ que dī sunt assumeēt  
a dō. qui ū y humane laudis amore  
y alia qualibet uitioz corruptioē statū  
monāstice uitē quo umbit̄ est neglex  
erit. qui ubi relinquendū ieremie lam  
tationes insinuant. qui otiose cui lib;  
y peccatis anime sub iudee specie  
lapsū describens dicit. uident̄ eā hos  
tes. et denserūt sabbata eius.

**Uo erunt molentes in unū.** Mo  
lentes apelāt eos. qui in pedib; cō  
stituti regunt̄ a doctozib; y agentes ea  
que sunt hui; sc̄li. Q̄s y feminae no  
mine significauit. q̄ consiliū ut dix  
i pentoz regi eis expedit. Et molen  
tes dixit p̄t̄ temporalium negotioz  
orbem atq; circuitū. quas tamen in  
uno molentes dixit. in quantū de ip  
sis reb; y negotiis suis p̄bent usibus  
ecclīe vna queq; enī hui; mundi actio  
mola ē. que dum multas curas cō  
gerit. humanas mentes quasi p̄gy  
rum uertit. atq; ex se uelut phari  
nas phicit. q̄ inquieto cordi semp  
minutissimas cogitatioēs gignit.

**Un̄ assumeēt. y alta relinquet̄.**  
Assumēt̄ ei pars. que conubia p̄t̄  
amōre tantū generis exere erit. t̄u  
nāq; substantiā ob adquirenda celestia  
dispensauerit. Relinquet̄ aut̄  
que coniugis ob illecebras carnis

seruent? terna uis qua ecclesie t'pau  
perib' obtulerit idō fecerit. ut q'si  
redempto dno his ampli' abundet.  
**Q**uo in agro! un' assumet' y alt' re  
linquet'. Sicut supra in lecto  
uno et molentes in unū posuit! sic  
y hic in agro uno rex intelligendū.  
Significat aut' eos qui opant' in  
ecclesie ministerio tanqm' in agro  
dī! cui suus agricola dicebat dei  
agricultura estis. Assumet' aut'  
ille qui nō adulterās uerbū dī. s; s;  
cui ex dō corā dō in xpō locut' f'  
erit! qui ū xp̄m annuntiauit non  
caste s; ex occasione. relinquet' ab  
eo. Nec puto alia genā eē hominū  
quib; constat ecclia. qm' ista tria  
habentia binas differentias ppter  
assumptionē y relictionē! qmuis in  
singulis multe studioz uoluntatū  
q; diuisitates. ad concordia tamen  
unitatēq; cōcurrentes possunt inue  
ni. Unde y ezechiel ppha tres ui  
ros liberatos uidit! noe. daniel. et  
iob. In quib; uidelicet trib; p'dica  
tores continentel atq; coniugati  
significati. Nam noe arca in inuol  
uolūto! atq; idō figurā rectorū tenu  
it. Daniel in aula regia abstinē  
tie dedit' fuit! y. id circo uitam  
continentiū signauit. Iob ū in

cōiugio posit'. y curā dom' pprie exerce  
placuit! p que digne bonoz gūgu ce  
**R**espondentes dicūt. Ido figurat'.  
illi. ū dñe. qui dixit eis. ubicūq;  
fuerit cœpus! illuc congregabunt'  
aquile. Duo int'rogat' saluare ū  
scilicet boni assumendi. y ubi sint  
mali relinquendi! unū dixit aliud  
subintelligendum reliquit. Scōs  
enī secum futuros asseuerando. rep  
bos nimirū a sua uisione secernendos.  
et idō non alibi qm' cum diabolo dā  
pnandos insinuat. Ubicūq; g' fue  
rit dñs cœpœe illuc congregabunt'  
electi. qui eius passionē humilitatē  
q; imitando tanqm' de eius carne fa  
tuant'. quoz p resurrectionē renou  
bit' ut aquile iuuent'. Concinit en  
am studiū eoz. qui gl'am supne ma  
iestatis tota mente contēplari sicut  
quod aquila cetās aues uolatū trās  
grediens in ipm solis radiū oculos  
gaudet insigre. Congruunt illud  
quod et iten lapidē uenemis resistē  
tem suis nichis solet afferre. ne forte  
serpens accedere t' pullos aut oua  
sua tangē psumat! q uidelicet  
omīs sapiens ut act' cogitat q' suos  
ab antiqui serpentis ualeat irrup  
tione defendē. illum necesse ē lapi  
dem qui p'cisus de monte sine ma

. A .

R



in diaboli regnū strauit. hoc est  
fidem dilectionēq; xp̄i suo semp  
in pectore seruet. . lara. **XVIII.**

**D**icebat autē ⁊ parabolam ad illo!  
qm̄ oportet semp̄ orare ⁊ non  
deficere. **D**icit ⁊ ap̄ls! semp̄ gaude  
te. sine int̄missione orate. Quis autē  
potest ita semp̄ orare. ⁊ sine defectu  
⁊ int̄missione p̄cib; insistere? ut nec a  
limentū sumendi aut dormiendi tē  
pus habeat. Aut ḡ dicendū ē eum  
semp̄ orare ⁊ n̄ deficere. qui canoni  
cis horis cottidie iurā ritū eccliaſti  
ce traditionis. psalmodiis p̄cib; cō  
fuetis dñm laudare ⁊ rogare non  
desistit! ⁊ hoc eē quod psalmista di  
cebat. benedicā dñm in om̄i tēpo  
re. semp̄ laus eius in ore meo. Aut  
certe om̄ia que iust⁹ scdm̄ dñm ge  
rit ⁊ dicit. adorationē eē reputan  
da. Quia em̄ iust⁹ sine int̄missione  
que iusta sunt agit! p̄ hoc sine int̄  
missione iustus orabit. nec ūqm̄ ab  
oratione cessabit. n̄ iust⁹ eē desistat.  
**I**udex quidam erat in quadā ciuitate.  
qui dñm n̄ timebat ⁊ hominē n̄ reue  
rebat. Vidua autē quedā erat i ciuita  
te illa! ⁊ ueniebat ad illum dicens.  
iudica me de aduersario meo. Et  
noiebat p̄ multū temp⁹. Post hec au  
tē dixit intra se. ⁊ si dñm non timeo

nec hominē reuerere? tam q̄ mo  
lesta ē michi hec iudicia iudica  
bo illam. ne in nouissimo ueniēs  
suggillet me. **P**arabolas dñs autē  
scdm̄ similitudinē aliquā ponit. sic  
de homine qui habebat duos fi  
lios maiorē in agro sibi p̄pinq̄uan  
tē. minorē autē in longinq̄ lux  
uriantē. aut ex ip̄a dissimilitudi  
ne aliquid p̄bat. ueluti ē illud! qd̄  
si fenū agri quod hodie ē ⁊ cras i  
clibanū mittit d̄s sic uestit. quan  
tomagis uos modice fides. Itaq;  
illud superius gen⁹ his uerbis aduū  
gi potē. sicut illud ita ⁊ illud. h̄  
autē posterius his uerbis! si illud  
quantomagis illud. aut si illud q̄n  
tomagis illud. **S**. alicubi obscure!  
alicubi apte ista ponunt. h̄ic ḡ in  
iquis iudex! n̄ ex similitudine s; ex  
dissimilitudine adhibet ē. Non  
enī ullomodo ille iniust⁹ iudex p̄so  
nam dñi allegorice sustinet. s; tam  
quantū d̄s bon⁹ ⁊ iust⁹ ē curet dep̄  
cantes se hinc comici dñs uoluit. qd̄  
nec iniust⁹ homo eū qui illū assidu  
is p̄cib; tancunt. t̄ p̄tē tēdū deu  
tancū potē contēpnere. **H**ā hoc  
ē quod ait ne ueniens suggillet  
me. Ip̄a uero iudua potē habere  
similitudinē ecclie. quod desolata

uidet donec ueniat dñs. quia  
men in secreto etiā nunc curam

**A**ut autē dñs. *Ter<sup>o</sup> gerit.*

**A**udite quid iudex iniquita  
tis dic. *Dñs autē non faciet ui  
dictam electorū suorū clamanti  
um ad se die ac nocte. et patienti  
am habebit in illis. Dico uobis. q̄  
cito faciet uindictam illorū.*

**S**i  
quē mouet cur electi dñs uindi  
cari dep̄cent. qđ etiā in apokalip  
si iohannis de martyribz dicit.  
cū aptissime moneamur ut p  
nr̄is inimicis ⁊ p̄secutoribz oem̄.  
intelligendum ē eam uindictā  
ē iustorū. ut om̄s mali p̄eant. *Pe  
unt autē duobz modis. aut con  
uersatio ad iusticiā. aut amissa  
p̄ suppliciu potestate. qua nunc  
aduersus bonos quandū hoc ip  
sum bonis expedit. t̄ tēporalit̄ ali  
quid ualēt. Quē finē iusti cū ueni  
re desiderant quamuis p̄ inimicis  
suis oem̄. tam̄ n̄ absorde uindic  
tam desiderare dicunt.*

**U**eruntam̄ filius hominis ueniens.  
*putas inueniet fidem in t̄ra.*

Quāuis om̄ps conditōe semp̄ electo  
suos ad se clamantes sit uindicare  
parat. in die tam̄ iudicij qđ t̄ment  
est corde retinendū. cum idē conditōe

in forma filii hominis apparuerit. tanta  
erit raras electorū. ut n̄ tam ob clamo  
rē fidelium iniuste dampnatorū qm̄  
ob eorū t̄pore uiste dāpnatorū totius  
iam sit mundi acceleranda ruina.

Qđ autē dñs quasi dubitatie dicit.  
putas inueniet fidē non dubitat. s;  
arguit. Verbo quippe dubitationis in  
crepat infidelitas. n̄ opinat diuini  
tas. *Nā ⁊ nos aliquando de rebz q̄  
certas habem. increpatie uerbum  
dubitationis ponim. cum corde non  
dubitem. uelut si indigneris seruo tuo.*

⁊ dicas contēpnis me. considera. *fec  
sitā dñs tuus sum. Et apls ad quos  
dam contēptores suos. puto autē inq̄.  
⁊ ego sp̄m dī habeo. Qui dic̄ puto du  
bitare uidet. s; ille increpabat n̄ dubi  
tabat. Ita qđ ⁊ dñs scit quidē om̄ia p̄  
quē om̄ia facta sūt. ⁊ tamen dubitan*

**D**o increpat infidelū cōda. *lxxi.  
O* *ix autē et ad quosdā qui in se con  
fidebāt tanqm̄ iusti ⁊ asp̄nabant  
cetos. pabolam istā. Quia pabolā  
dñs qua semp̄ orare ⁊ n̄ deficere do  
cebat. ita conclusit ut diceret ueniē  
te iudice difficile fidē in t̄ra reppen  
dam. ne quis sibi forte de sup̄uacua  
fidei cognitione t̄ etiā confessione blā  
duet. mox altā un̄. cta parabola  
diligenti ostendit. ad dō fidi. n̄ uerba*

mandanda s; opa sunt que nimirum opa  
maxime regnat humilitas Unde et su-  
pra cum fidem grano synapis minuto  
quidem s; ex contritione fraglanti cōpara-  
ret: quasi exponendo subiunxit. cū fece-  
ritis omnia que p̄cepta sūt uobis. dicite  
serui mitiles sumus. Cui cont̄ supbi cum ue-  
quaquā omnia s; modicū quid eorū que pre-  
cepta sunt faciāt. n̄ solum mox de sua  
iusticia p̄sumunt. s; infirmos quosq;  
despicunt! atq; ideo quasi fide uacui cū  
uenerint non grauiunt.

**U**o homines ascenderit in tēplum ut  
uarent: un phariseus & alt publican.  
Publicanū humilit̄ exans ad illa p̄fate uidy  
hoc ē ecclie mēbra p̄tinet de quib; supra  
dōs autē n̄ faciet uindictā electorū clama-  
tū ad se! phariseus autē menta iactans ad  
ea de quib; tribus in conclusiōe sententia  
subdit. uerūtamē filius hominis ueniēs  
putas inueniet fidem in t̄ra.

**P**hariseus stans. hec apud se exabat. **D**s  
grās ago tibi q̄ n̄ sum sic ceti hominū!  
raptores. iniusti. adulteri. uelut etiā hic pu-  
blican. Quatuor sunt species. quib; oīs  
timor arrogantiv demonstrat. cū bonū  
aut a semetipsis habe se estimant. aut  
si sibi datū desup credunt. p̄ suis se hoc ac-  
cepisse meritis putant. aut certe cū iac-  
tant se habe qd non habent. aut despec-  
tis cetis singularit̄ uicti appetunt habe

quod habent. Quia phariseus iste iactan-  
tie peste laborasse deprehendit. qui ideo  
co de tēplo absq; iustificatiōe descendit.

q̄ bonorū opum menta sibi quasi singula-  
rit̄ tribuens. exanti publicano se p̄tulit.  
**I**euno bis insabato. **d**ecimas do omium  
que possido. **E**zechiel p̄pha de osten-  
sis sibi celi animalib; scribit. totū cor-  
pus plenū oculis mercurv iporū. iiii.  
Corpora quippe animaliv ideo plena  
oculis describunt. q̄ scōrū actio ab omī  
parte circūspecta ē bona desiderabilē  
p̄uidens. mala sollerter cauēs. S; nō  
sepe dum alius reb; intendim. sit ut alia  
neglegam. ubi neglegim. ibi p̄culdubio  
oculum non habem. Nam ecce phariseus  
ad exhibendam abstinentiā. ad impen-  
dam misericordiam. ad referendas dō grās  
oculum habuerat. s; ad humilitatis cus-  
todiam non habebat. Et quid p̄dest  
quod cōtra hostium insidias pene  
tota ciuitas caute custodit. si unū fo-  
ram aptū relinquit. unde ab hostib;

**E**t publicanū a longe. **I**ntret.  
stans nolebat nec oculos ad celum  
leuare. s; p̄cutiebat pect̄ suū dicens. **d**s  
p̄picius esto m̄ peccator. **D**ico uobis.  
descendit hic iustificat̄ in domū suā ab  
illo. Quantā uenē fiducie digne pe-  
nitentib; p̄bet. qd publicanū qui reatuor  
sue nequitiē p̄fecte cognouit. fleuit.

confessus ē. ⁊ simul ad tēplum uenit.  
iustificat⁹ a tēplo redit. Typice autē  
phariseus iudōz ē ppls. qui ex iustifica  
tionib⁹ legis excolit menta sua. pub  
lican⁹ uero gentilis ē. qui longe a dō  
posit⁹ confitē peccata sua. quoz unus  
supbiendo recessit humiliat⁹. alt lam  
tando appropinquare meruit exaltat⁹.

**Q**uia omis qui se exaltat humiliabit⁹.  
⁊ qui se humiliat exaltabit⁹. Et  
de utroq; p̄lo p̄fato. et de omi supbo ⁊  
humili recte potē intelligi. sic ⁊ illud  
quod alibi legim⁹. ante ruinā exaltat⁹  
coe. ⁊ ante glām humiliat⁹. Quia p̄t  
⁊ de uerbis elati pharisei quib⁹ humiliari  
meruit. possum⁹ ex diuiso scēmā humi  
litatis qua sublimem assume. ut sicut  
ille consideratis ⁊ peccē uirtis ⁊ suis  
uirtutib⁹ ē elat⁹ ad ruinā. ita nos non  
nrā solum pigritia. s; ⁊ melior uirtutib⁹  
inspectis humiliem⁹ ad glām. quatinū  
quisq; nrā hec apud se simplex ac summissus  
obsecret. d̄s om̄ps miserere supplicio tuo!  
q̄ n̄ sum sic innum⁹ seruus tuus. cōtēpt⁹  
feli subhmes. iusticie merito glōriosi.  
castitatis laude anglici. uelut etiam  
multi illoz qui post flagitia publica.  
pentendo tibi memert eē deuoti. qui  
etiā siquit bonitua grā largiente feco.  
quo sine hec faciā qua ue. acē districtio  
ne pensent igno. lxxxv.

**O**fferbant autē ad illum infantas. ut  
eos tangeret. Qd̄ n̄ uidet discipuli. in  
crepabant eos. Et hec humilitas ma  
gistro lectio plena micat. que uidelicet  
innocentes ac simplices ad dñi grām p̄  
tangere posse demonstrat. In crepabāt  
aut offerentes discipuli. n̄ quo nolent in  
fantib⁹ saluatoris ⁊ manu ⁊ uoce bene  
dici. s; quo nec dñi habentes plenissimā  
fidem. putarent eum in similitudinē bo  
nimū offerentū impertinitate lassari.  
**H**ec aut conuocans illos dixit. Sinite pueros  
uenire ad me. ⁊ nolite eos uerare. talit̄  
ē enī regnū dī. **S**ignificant d̄x talium  
non istoz. ut ostenderet non etatē regna  
re s; mores. ⁊ his qui simile haberēt inno  
centiā ⁊ simplicitatē p̄mū repmitti. a  
postolo quoq; in eandē sententiā cōguen  
te. siēs nolite pueri fieri sensib⁹ s; maliti  
a paruuli estote. sensu autē. ut p̄fecti  
**A**mendico uobis. qui iſtis.  
**A**cūq; non accepit regnū dī sic puer. n̄  
imabit illud. **S**icut puer p̄uenat  
in uacundia. n̄ lesus meminit. n̄ iudez  
pulebrā mulierē delectat. non aliud  
cogitat aliud loquit. sic uos n̄ talem  
habueritis innocentia. ⁊ animi pur  
tate. regnū celoz n̄ poteritis intrare.  
Alt. regnū dī id ē doctrinā euangeli  
sic puer accipe uerbū. q̄ puer in discē  
do neq; contradicit doctorib⁹ neq;

ratioes uerba componit adu'ssim eos resis-  
tens. fidelit' suscipit quod docet. et cum  
meru' obtēpat. et quiescit. **Lxxvii.**

**E**t interrogauit eū quidam p'nceps dicens.  
**M**agist' bone qd' faciens uitā etnā po-  
sideo. **R**uclerat credo iste princeps  
a dño. tantū eos qui pueru' uelint eē  
similes regnū dī intratuos. atq; idō trac-  
tat' cecius sollicit' poscit sibi n' pabo-  
larem. s; palam quib' opum mentis uitā  
etnā consequat' exponi.

**Q**u' autē ei ihe. quid me dicit bonū. ne-  
mo bon' n' solus d's. **Q**uia magis-  
trum uocauerat bonū. n' dñm l' dī fili-  
um cōfessus erat. dicit quāuis scim' homi-  
nē cōpatione dī non eē bonū. de quō dī.  
confitemini dño qm' bon'. **S**olus autē  
d's bon'. n' pat' solus intelligend' ē. s; et  
filius qui dicit. ego sum pastor bon'. s; et  
sp'c sc's. q' pat' de celo dabit sp'm bonū pe-  
tentib' se. id ē ipā una. et indiuidua tmi-  
tas pat' et filius. et sp'c sc's. solus. et un' d's bo-  
nus ē. **H**on' q' dñs se bonū negat. s; eē  
dñm significat' n' se magistrū bonū n' eē.  
s; magistrū absq; dō nullū bonū eē testat'.

**M**andata nosti. non occides. n' mechabe-  
ris. non furtū facies. n' falsum testimo-  
nium dices. honora patre tuū. et matre.

**H**ec ē puerilis innocente castitas. que  
nobis imitanda. pponit' si regnū dī uo-  
lum' ingredi. **N**otandum sane q' iusti

cia legis suo tēpore custodita. n' solum  
bona tēp' s; et uitā conferat etnā.

**Q**ui ait. hec omnia custodiam a iuuen-  
tate mea. **Q**uo audito ihe ait ei.  
**A**d huc unū tibi dicit. **N**on ē putandus  
ad huc p'nceps eū legis se mandata cus-  
todisse dicebat eē mentit'. s; simplicitē  
ut uiuere eē confessus. q' si menda-  
cū nōria reus tenet. nequaquā mare  
euanghista. de illo scribens adiceret.  
ihe autē intuit' eū dixit eum. et dixit  
ei unū tibi dicit. uade quecūq; habes  
uende. et cet'. **D**iliget enī dñs eos qui le-  
gis mandata quūvis minora custodiūt.  
s; nichilomin' qd' in lege min' fuerat  
his qui pfecti eē desidant ostendit.

**O**mnia quecūq; habes uende. et da paup-  
ib' et habebis thesaurū in celo et ue-  
ni sequere me. **Q**uicūq; pfect' esse  
uoluerit. debet uendē que habet.  
et n' ex parte uendē sic fecit ananias  
et saphyra s; totū uendere. et cū uendis-  
sit dare omnia paup'ib'. et sic sibi pparare  
thesaurū in regnū celoz. **H**ec hoc ad  
pfectionē sufficit. nisi post contēptas  
diuitias saluacōe sequat' id ē relictis  
malis faciat bona. **F**acilius enī sac-  
culus cōtēpnit' qm' uoluntas. **M**ul-  
